

TRACTA-  
TVS VTILIS,  
QVI DICTVR  
Exercitatorium vitæ  
spiritualis.



SALMANTICAE  
excudebat Ioannes Baptista a Terra-  
nova. Anno Domini,  
1569.

TRACTA-  
TVS VTILIS,  
QVI DICITVR  
Exercitorium vitæ  
spiritualis.



SALMANTICAE  
Excudebat Ioannes Baptista à Terra-  
nova. Anno Domini,  
1569.

3

PRÆFATIO  
IN EXERCITATO  
rium vitæ spiritua-  
lis.

**S**ecundum sententiã  
Saluatoris, operari  
debemus cibum, nõ  
qui perit, sed qui per  
manet in vitam æternã. Igitur  
importuna instantia quorun-  
dam nostrorum fratrum, & nõ  
improbæ temeritatis audacia  
me induxit, vt de exercitijs spi-  
ritualibus aliquam facerem cõ-  
pilationẽ. Et quãuis vires meas  
iudicij libra discutiens, inueniã  
me scientiẽ ignarum, & ingenij  
tardioris: spero tamen, quod im-

Præfatio.

perfectum meum & suppleuit  
diuina bonitas, & coadiua-  
bit fraterna charitas, & excusa-  
bit bona & sincera quam gero  
voluntas. Et quoniam ordinem  
sancti Benedicti Dei sum mise-  
ratione professus, ideo ad beati  
Benedicti postulanda suffragia  
deuotus recurro: vt ipse apud  
Dei clementiam exorare digne-  
tur, quatenus præsens opuscu-  
lum & ad laudem suam dirigat,  
& ad legētium vtilitatem  
conuertat, & mihi ad  
meritum proue-  
nire cōcedat.

Amen.

Zelus

<sup>4</sup>  
ZELVS DOMVS  
tuæ comedit me.

Psal. 68.

INCIPIT PER  
quam utilis tractatus, qui dicitur  
exercitatorium vite spi-  
ritualis.



D BEATISSI-  
mæ trinitatis, & glorio-  
sissimæ virginis Dei ge-  
nitricis Mariæ & domi-  
næ nostræ gloriam: & ad  
magnam in vita spirituali se exerce-  
re cupientium vtilitatem: in hoc libro  
fratres dilectissimi tractabimus, qua-  
liter exercitator, & vir deuotus de-  
beat exercitari secundum illas tres  
vias: scilicet.

H 3

Purga

Exercitatorium

Purgatiuam

Illuminatiuam

Vnitiuam

Et qualiter certis, & determinatis exercitijs per omnes dies hebdomadae.

Meditando

Orando

Contemplando

Gradatim poterit ascendere ad confectionem optati finis, qui est, animam Deo vniri: quod sancti veram, & absconditam sapientiam appellant.

Ista praedicta tres viae attribuntur tribus virtutibus Theologicis: quae sunt.

Fides

Spes

Charitas

Per quas quasi per quaedam media ad summam motus, qui est diuinus amor, ascendimus.

Fidei

Vitae spiritualis.

Fidei

Spei

Charitati

Tribuitur via

Purgatiua vt initium.

Illuminatiua vt medium.

Vnitua vt finis.

Non enim sine medio, secundum Gersonem in suo monte contemplationis, de imperfecto ad perfectum transire valemus: neque subito quis & repente fit summus, & in virtutibus perfectus, sed acquiritur ipsa perfectio ad similitudinem operationis naturalis, quae procedit ab imperfecto ad perfectum. Ignis enim, vt videmus, a fumo incipit: deinde est flamma cum fumo: postremo ignis purus & clarus in carbone. Similiter granum in terra seminatum primo putrescit:

H 4

secun-

### Exercitatorium

secundò germinat postea : pullulat extra terram, & crescit vsque ad maturitatem. Et planta transplantanda in terra sterili existens: primò eradicabitur: secundò replantabitur, & erit tanquam mortua : postea virefcit, & in altum succrescit . Suo modo videre est in alijs naturalibus per totum . Pariformiter volens ascendere ad vitam vnitiuam & contèplatiuam : in suo initio non potest habere perfectioné: quin potius oportet eum prius emittere summū displicentiæ de vita sua præterita : & eam flere amarè : & se ipsum turbare sine aliqua consolatione. Postea veniet flâma amoris cum fumo tali. Postremò amor purus sine fumo. In statu primo mortificabitur vita carnalis præterita. In secūdo germinabit altius extra terrâ: In tertio fructus erit pfectus. Simili modo in similitudine plâte eradicabitur talis de terra mala & sterili vitæ mundanæ: quod fiet cum

### Vitæ spiritualis. 6

cum pœna magna & labore . Postea replantabitur, vbi adhuc leuiter sustinebit grauitates . Vltimò verò erit radicus fortiter & perfectè : & afferet fructum multum. Itaque qui in prædicatorum trium variarum exercitijs diligenter fuerit exercitatus auiditate ad piscendi diuinum amorem, adiuuante domino, citius valebit attingere perfectionem, nisi ex sua culpa & negligentia hoc noluerit: desinens in eis exercitationibus, aut rediens ad vitia & noxias delectationes: quæ vt superentur, & radicitus euellantur sollicitè est laborandum: alioquin modicum proficiet, prout plenius continetur in tractatu de spiritualibus ascensionibus: cuius initium est. Beatus vir.

H 5

¶ Ca-

Exercitatorium

¶ *Capitul. primum. De ijs, quæ à nobis semper sunt pertimenda.*



**D**ILECTISSIMI fratres quanuis plura sunt, quæ nobis timenda sunt: quædam tamen sunt periculosiora: & ideo horribilius metuenda: ex quibus potiora colligantur, vt ab illis sollicitius cauere valeamus. Debet homo timere. Huius mundi alteritatem, & instabilitatem: quia homo nunquam in eodem statu permanet: & nescit vtrum odio vel amore dignus sit. Si enim nos Deus desereret, in istu oculi dæmon nos peruerteret.

Carnis propriæ, mundi, & diaboli bellum, quo indefinentur spiritus impugnantur. Imbecillitatem & quotidiana nam negligentiam in resistendo peccando & proficiendo. Diuinæ iustitiæ

tiz

Vitæ spiritualis.

7

tiz, quæ claruit in casu Luciferi: qui pro vno cõmisso peccato, fuit in æternum de cœlo eiectus: quanto magis qui plura commiserunt peccata illuc nequaquam ascendent? Apparet quæ ista seueritas in peccato Adæ, qui propter vnum peccatum à paradiso fuit expulsus, & porta cœli fuit clausa, donec Saluator noster per suâ mortem eam aperuit. In qua etiam morte & passione apparuit rigor inflexibilis & terribilis diuinæ iustitiæ, quia reliquit suum dilectissimum filium in manibus tam diræ gentis: vt patuit, quando cum clamore valido in cruce clamauit dicēs. Deus me<sup>o</sup>, Deus meus vt quid dereliquisti me? Quia ergo seuerissimus rigor, & rigidissima seueritas diuinæ iustitiæ ita apparuit in viridi ligno & virtutibus pleno & tam dilecto à patre: quid erit in nobis, qui sumus ligna virtutibus arida, & iniquitatibus repleta? Relucet etiam ha  
iustimo-

### Exercitatorium

huiusmodi rigor in diluuiis: tunc enim totus (præter animas octo) mundus perit.

Ambiguum ex hac vita egressum, quia nemo scit ubi, quando aut quomodo scilicet si bene vel malè morietur.

Futurum iudicium, ubi iudex neque decipi, neque precibus aut muneribus poterit inclinari: neque ab eius poterit appellari sententia: neque ab eo quisquam valebit fugere.

Pœnarum purgatorij accerbitatè: quæ secundum Augustinum omnem huius vitæ pœnam superant.

Dæmoniorum, & pœnarum inferni horrorem, eiusque ignem inextinguibilem.

Perpetuam à dilectissimis cœlestibus ciuibus separationem, Amariſsimos fletus & gemitus damnatorum omnicaurentium solatio, nam sicut oues in inferno positi sunt: & mors depaſcet eos.

Cognitio

### Vitæ spirituales.

8

Cognitionem, & confusionè suorum peccatorum. Odium sui, & vniuersorum, quæ in toto mûdo aguntur. Pœnarum infernalium perpetuitatem. quia in inferno nulla est redemptio. Perpetuam illius ineffabilis gloriæ & spēs ad eam perueniendi priuationè. Rationis obstinationè, quia qui sunt in inferno, sunt in malo obstinati, & nihil boni appetunt. Dentium stridorè præ angustia nimietate, qua damnati, ultra quàm dici potest, torquentur. Damnatorum detentionem & captiuitatem, non enim inde exire cum volunt, valent. Conscientiæ vermem, qui incessabiliter eorum conscientias rodit, & cruciat.

Propter

- Bona omiſſa.
- Scandala dimiſſa.
- Mala commiſſa.

Vel propter

- Bonorum omiſſionem.
- Scandalorum impèſionem.
- Malorum commiſſionem.


Leue-



### Exercitatorium

Leuemus igitur in æthera oculos, &  
orantes dicamus  
Christe redemptor pie,  
Qui sumus causa tuæ viæ,  
Ne perdas nos in hac die.

¶ *Capitulum secundum. De meditationum partitione per totam hebdomadam secundum viam purgatiuam.*



**D**e uotus religiosus & præsertim incipiens, præcipuè se debet exercere secundum viam purgatiuam. Et ut iuxta ea, quæ præmissa sunt, sua habeat determinata & ordinata exercitia: diuidendæ sunt meditationes viæ purgatiuæ per totam hebdomadam hoc modo.

Feria

### Vitæ spiritualis.

Feria. 1.	}	Peccatorum
Feria. 3.		
Feria. 4.	}	Inferni.
Feria. 5.		
Feria. 6.	}	Iudicij.
Sabbato		
Dñica.	}	Dñæ nostræ

Feria secūda debemus exerceri in memoria peccatorū secundū tres particulas viæ purgatiuæ: quæ sunt.

Exasperatiua.  
Compunctiua.  
Eleuatiua.

Quarum exercitium hoc modo praticari potest.

Iustitia & iudicium iuxta prophetam sunt præparatio sedis dñi. Quando igitur ascendere appetit cordis affectibus ad perfectam cœlestis sponsum unionem: si pane illo, quo fruuntur spiritus beati in gloria cœlesti, quasi quibusdam micis adhuc in huius mortalis vitæ miseria exulans, cupit reficere  
neces-

### Exercitatorium

neceſſe eſt ei tria habere officia, per quæ adiutus diuina gratia, paulatim aſcendat per ſcalam cœleſtis contemplationis. Dicit enim diuinus Dionyſius in libro cœleſtis hierarchie, quòd tria ſunt angelorum officia, ſcilicet purgare, illuminare, & perficere.

Oportet ergo primò vt anima, quę adhuc in hac mortali vita exiſtēs, aſcendere cupit ad altiſſimum cœleſtis beatitudinis ſtatum, vbi angeli viſione diuinę glorię lætificatur, ſtudeat ſe purgare.

Secundò radijs diuini ſplendoris illuminari.

Tertiò conetur, vt aſcēdens ad altiorē gradum cordialium affectuum, perficiatur altitudinē diuini amoris, qui eam vnum cum Deo faciet ſpiritum.

Vnde primò dicendum eſt de prima via, ſcilicet purgatiua: in qua ſe exercens, luget peccata ſua, & iniquitates,

### Vitę ſpiritualis.

10

tates, quas contra Deum perpetravit: vt ſic lugens, diuinam imploret miſericordiam. Nam in via iſta purgatur conſcientia: quod, iuxta præmiſſa, ſtatu conuenit incipientium. Et hac via diſponitur, & inſtruitur nouum cor abſque aliqua humana doctrina: vacans ſolùm cœleſtium ſtudijs doctrinarum. Quantūcunque enim ſit ſimplex, & laicus, & illiteratus, qui circa hoc verſatur exercitium, neceſſariò diuina illuſtratione eleuabitur, non ad theoriam ſcientiæ, ſed ad praxim experiētię. Vnde antequam illa increata ſapientia in anima ſedeat ſicut in proprio throno, ſecundum illud: Anima iuſti ſedes eſt ſapientię, oportet in anima fieri iudiciū & iuſtitiam.

Iudiciū quidem: vt quemadmodum per peccatum mortale à ſuo creatore ſe auertēs, reliquit eū, & cōtēpſit, ad creaturā tam infeliciter quā mirabiliter per amorē ſe conuertens: ſic plene

I

te hu-

### Exercitatorium.

humiliet, vt tantum ad misericordiam diuinam inclinet pietatem sua humilitate, quātum aduersum se iustitiam & vindictam superni iudicis sua pro-uocauit temeritate. Iustitiam verō vt anima, quæ sui creatoris amabilem delectationem commutauit pro abominabili creaturæ delectatione, tanto se cruciet dolore, vt secundum rationem saltem tanta respondeat satisfactio offensæ maiestatis diuinæ, quanta correspondere deberet secundum rationis æquitatem iniuriæ humanæ. Quia igitur fratres oportet vt in nobis ipsi faciamus iudicium & iustitiam feria secunda post matutinos hora deputata orationi veniens ad locum statutum: genu flexus, signans crucis vexillo frontem, os, & pectus, dic hanc antiphonam. Veni sancte spiritus: reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende. & ter huc versum. Deus in adiutoriū meum intende,

### Vitæ spiritualis.

11

tēde. Domine ad adiuuandum me festina. Et spiritu attracto, accipe personam rei, & timoris affectu positas coram Deo, quasi quodam seuerō iudice te damnare volente, debes accuratissimè ad memoriam reuocare, & attentissimè considerare, quātum Deus quolibet offenditur peccato. Et vt talirecordatione ad deuotionem compungaris & exciteris secundum primam particulam, quam diximus exasperatiuam, in principio orationis vulneretur cor tuum in peccatorum memoriam, te ipsum acerrimè reprehendens: & ijs actus stimulis meditās dic.

O anima mea.

Considera nunc attentissimè, & totis viribus sentire satage: quantum vnum solum peccatum displiceat Deo.

Intuere diligenter, & vide quomodo superbia è cœlo luciferum eiecerit, Adam inobedientia de paradiso, & luxuria consumptæ sunt Sodoma

I 2

& Go

Exercitatorium Vitę spiritualis.  
& Gomorrha, & totus mundus dilu-  
uio perijt.

Considera, quomodo filius Dei Re-  
demptor tuus propter peccatum tam  
amarissimā sustinuit mortē, ne pecca-  
tum, scilicet, maneret impunitū, & iu-  
stitia diuina absq; satisfactione.

Rimare etiam in corde tuo, non ni-  
si secundū opera tua Deum te iudi-  
caturum,

Contemplare Deū esse æqui-  
tatem.

Intelligibilem  
Infallibilem  
Indeclinabilem.

Non minus in punitione malorum,  
quā in glorificatione electorum.

Vnde secundū opera tua tribuet  
tibi.

Animo quoq; tuo reuolue, peccata an-  
te tuam cōuersionem commissa quā  
multiplicia sunt. Scilicet, cogitatio-  
nis, consensus, delectationis, oris, &  
operis. Tot enim sunt, vt præ multi-  
tudine ea nequeas numerare. Aduer-  
te,

Fer. 2. Secundū viā purgatiuā. 12  
te, q̄ turpia, & præcipue quantum ad  
caralia. In quibus tamen non est im-  
morandum, ne vnde quæris contritio-  
nem, decipiaris à delectatione.

Attende, quā grauia, quibus deū  
offendisti, & iterum Christum cru-  
cifixisti.

Recogita quoq; peccata post con-  
uersionem perpetrata, quomodò sem-  
per tam negligēter, tam tepidē, tamq;  
inutiliter tot vixeris annis.

*Feria secunda, secundum uiam pur-  
gatiuam.*



Conspice peccata tua sin-  
gillatim: & ea in conspe-  
ctu Dei confitere: & cum  
te examinaueris, ista in  
corde tuo diligenter pertracta.

Quā modicum pro tuis satisfece-  
ris peccatis.

Quā modicum pro eis dolorem  
assumpseris.

**Fer. 2. Secundū viam purgatiuā.**

Quam pauca opa satisfactoria pro eis feceris. Scias quidem te in hac vel in futura vita soluturum vsque ad vltimum quadrantem. Et ideo dicit Bernard. Centuplū reddes, quod hīc simplo soluere posses. Cam igitur tu peccator, & præcipuē si nouiter incipis, ista in animo tuo versaueris, & timore cōfixū senseris, ac interius dolore plenū nō timore inferni, quo dignus es, sed quia tuū benignissimū deū offēderis: humilians animā tuam, inclina faciem tuam, siue caput, super genua, interpositis brachijs, indignum te reputans cœlū suspicere, & dirigens cor znū in Deū cū amara cōtritione dic.

Optissime pater, ego sum ille filius prodigus, qui omnia scelera hæc contra tuam immensam maiestatem perpetravi, & ingratus extiti. Tu. n. me innocētē condidisti: sed ego me ipsum pollui, deformaui, & vniuersis peccatis laceravi. Tu domine pro me cruci-

fixus,

**Particula purgatiua. 13**

fixus, vulneratus, & humiliatus es: & ego omnibus viribus exaltari curavi. Tu dñe nudus in cruce: & ego vanis, & lasciuis indutus vestibus. Tu domine felle & aceto potatus, & ego in comestationibus & ebrietatibus sum delectatus. Tu domine tutus multiplicibus laboribus plenus, & ego torpens & otiosus. Quid igitur faciam domine? Nunquid desperabo? Vbi est illud quod ait propheta. Nolo mortē peccatoris, sed vt conuertatur, & uiuat! A Es æruginosum, & speculum maculis respersum purgatur, igitur & ego per viam

Purgatiuam { Contritionis }  
                                  { Confessionis }  
                                  { Satisfactiōis }

Lima purgari curabo: & sicut me ipsum exaltaui, sic fiam abiectio & opprobrium hominum. Contra Auaritiam proprietatibus renuntiabo. Contra carnis illecebras ieiunijs, vigilijs, fame, & siti me affligere non cessabo.

I 4 Ac

Fe. 2. Secundū viam purgatiuam  
Ac me ipsum per tria expurgare co-  
nabor, scilicet

Per (Gemitum orationis  
Caminum tuæ passionis  
Incēdiū tuæ dilectionis.)

Exercitata igitur anima hoc mo-  
do in prima particula vię purgatiuę,  
& per dolorem asperū ex suorum me-  
moria peccatorum, amaritudine & do-  
lore plena transeat ad secundam eius-  
dem vitę particulam, scilicet compun-  
ctiuam, & viua ci affectione dicat.

O domine doleo  
Tuam amicitiam amisisse.  
Tuam maiestatem contempnissse.  
Iniquitatibus meis cōsensum præbuis-  
se, & multifariē culpabilem vitam  
egisse.

Tempus & vires tam animę quā  
corporis dilapidasse.

Iussa tua, & tuę sanctę ecclesię ac  
maiorū meorū transgressum fuisse

In resistēdo peccatis pœnitēdo, & i  
virtutibus

Particula compunctiua. 14  
virtutibus proficiēdo infirmū fuisse, la-  
borem manū, orationem, meditatio-  
nem, & lectiōem neglexisse.

Habitū, cōsuetudinē, & creberrimā  
intentionem peccandi habuisse.

Ingratitudinis nequissimo vitio  
ultra quā dici potest, te offendisse.

Te in mihi meorū scelerū indulgē-  
tia læpissimē cōcedēte, fateor memisse  
rū in eis iterū & iterū & infinities rein-  
cidisse. Charitatē, vitā animę meę pec-  
catorū meorum innumerabili multi-  
tudine frequētissimē in me extinxif-  
se. Timorē tuū delictorū meorum gra-  
uedine, & ingenti abominatione, quę  
cōtra te dñm maiestatis cōmisi, dese-  
ruisse. Et hoc modo cōpūctus, & humi-  
liatus, & cōfusus orans dic. O domine  
Deus meus Iesu Criste, ego sum ille  
iniquus & in felix omnium peccatorū  
infelicissimus, & abominabilissimus  
peccator, qui tot & tāta contra tuā im-  
mēsam maiestaté crimina perpetravi,

**Fe. 2. Secundū viam purgatiuā.**

vt ea numerare non sufficiam, sunt. n. super numerum arenæ maris, quæ præ multitudine numerari non potest. Et orans hoc modo, vel alio, prout te contritio cordis vel deuotio inclinauerit, ex omnibus viribus tuis satage emitte viscerosa suspiria & gemitus. Si quidem quemadmodum lima purgat, & polit ferrum, auferens ab eo omnē rubiginem: sic cordialia suspiria, & gemitus peccatorum, & vitiorum aruginem destruunt, & rore diuinæ gratiæ penitus diluunt. Et sic ex præcordijs suspirans & gemens dic. Quomodo igitur Domine à facie tuæ maiestatis fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernū, ades. Atq; ita orans adde. O domine quid faciam? Nunquid me ipsum interficiam? Absit domine. Scio enim te pijsimum omnibus, qui ad te in veritate conuertuntur, & miserationes tuæ supra omnia opera manuum tuarum. Si autem  
neq;

**Particula elenatiua. 15**

neq; sic dolorem in te vales excitare, non propterea cesses per singulas noctes in tuis exercitijs prædicta saltem cursim transcurrere. Nam Deo satis est, vt conemur facere quod in nobis est. Et adhuc sæpe Dominus noster expectat fidem operum nostrorū, & derelinquit nos aliquantulum, non impendens nobis compunctionē, neque aliquam consolationem, vt fides, & paciētia in nobis probetur, & peccatorū nostrorum maior compunctio nobis fide & paciētia probatis per ipsum doneatur. Postquā te sic in particula compunctiua exercueris, de domini misericordia non desperas, erige per spem animam tuam secundū illam particulam, quæ appellatur eleuatiua, & cū grandi fiducia sustolle caput, quod hactenus supra genua tenueras, & erectus stans, parumper quiescens, collige animam tuam, & cum dulcedine mentis eleua te intra remetipsum, ad lau-

Fer. 2. Secundū viā purgatiuā  
 laudandum dominum, implorans eius  
 misericordiam, contemplanus eius ma-  
 gnitudinem & nobilitatem, ijs quan-  
 doque verbis magnæ deuotionis ex-  
 ciratiuis.

}	Domine	}	Dulcis
	Bone		Misericors
	Pulcherrime		

Ad obtinendū siquidē eius gratiā,  
 sine qua eius cōsequi misericordiā est  
 impossibile, oportet, vt ad similitudi-  
 nem parasitorū Principū magnorū cu-  
 rias discurrentiū, qui cū aliquod tēpo-  
 rale munus acquirere cupiunt ab ali-  
 quo principe, primò eū multis modis  
 laudant, & deinde, quod desiderant,  
 exposcunt. Si spiritualis fias para-  
 situs laudans dominum, ad obtinen-  
 dam veniam tuorum facinorum: &  
 cū Deus sit tantæ excellentiæ, vt  
 nullius humanæ linguæ officio possit  
 prout in se est nominari, cum per o-  
 pera eius nominamus, & per eadem  
 eius

Particula eleuatiua. 16

eius magnitudinem, & nobilitatem  
 commendamus, Primò in quantum  
 est principium & origo totius creatu-  
 ræ, dicentes. O domine, scilicet fa-  
 ctor omnium creaturarū. Bone, secun-  
 dūm quòd se habet ad animas san-  
 ctas, & ad angelos in æterna beatitu-  
 dine, ac si diceremus. O summa boni-  
 tas, quam facie ad faciem vident, &  
 contemplantur omnes angeli & ani-  
 mæ sanctæ in illa ineffabili felicitate.  
 Tertiò nominamus eum, consideran-  
 tes modum, secundūm quem se ha-  
 bet ad vniuersa creata tam rationabi-  
 lia quàm irrationabilia, scilicet quo-  
 modo dominatur omnibus, & quomo-  
 do in tanta pulchritudine ea creauerit  
 dicentes. Pulcherrime. i. O omnium  
 creaturarum pulchritudo. Dulcis. i. O  
 dulcedo omniū iustorum. Misericors  
 omnibus peccatorib⁹, miserere mihi  
 peccatori, tribuens indulgētiā omniū  
 peccatorum meorū. Et vbi in quinq;  
 istis



Fer. 2. Secundū viā purgatiuā.

istis dominum laudaueris, securè omnium iniquitatum tuarum poteris veniam postulare. Et hoc modo orare docemur in canticis, vbi sponsa alloquens ait sponso. Vox tua dulcis, & facies tua decora, scilicet per tenebrarum fugationem, quibus ante caligauerat. Et quolibet istorum quinque verborum cœlestis sponsus modo specialiter commendari: & ad eò animæ deuotæ conueniunt, vt semper deberet ea corde ruminare, & cum orare vulueris, non crit tibi necesse per multitudinem verborū vagus discurre, sed intra te ipsum collectus, & nō per ea, quæ foris sunt, dispersus, poteris orare dicens. O domine Bone, Pulcherrime, Dulcis, Misericors, propitius esto huic peccatori, quem pretioso sanguine filij tui redemisti. Et hæc dicens verba, ad hoc solummodò debes intendere, scilicet, vt tuorum peccatorum valeas veniam obtinere. Et

quia

Particula clenatiua. 17

quia pro alijs orare est valde meritorium, atque nō minùs Deo gratū, ideo istis eisdē verbis orare debes pro cunctis tam fidelium, quàm infidelium statibus, dicens. O domine. &c. propitius esto vniuersis peccatoribus, & conuerte omnes infideles ad agnitiōē tuæ sanctæ fidei catholicæ. Et poteris nonnunquam ab hoc tuum inchoare exercitium. Post hæc implora quoque misericordiā redemptoris nostri, & expurga te, ponens inter te & eum eius pretiosam mortem & passionem, dicens. O domine, per sanctam passionē dilectissimi filij tui, qui pro me in cruce immolatus est, Propitius esto mihi peccatori. Vel dicens. Per sanctam incarnationem dilectissimi filij tui, vel per sanctam natiuitatem. prout, scilicet, occurrerit meditatio vitæ dominicæ, secundum occurrentem feriam. Rursum obsecra per sanctorum: & precipuè dominæ nostræ in

teros

Fer. 2. Secundū viam purgatiuā. tercessionem dicens. O pijsima virgo mater Dei & seruatoris nostri, tu, quæ es sanctissima, humillima, & benignissima supra omnes sanctos cælestis curiæ, & inclinas aurem tuam, vt exaudias orationes seruorū tuorū, & semper es iuuare parata, si tu domina dignaris, inclinas te ante diuinam maiestatem, orare pro me, qui sum supra modum peccator superbissimus, & cunctis deterior peccatoribus, tecū pariter ò domina inclinabitur tota cælestis curia dicens. Inclina domine aurem summæ pietatis tuæ ad supplicationes sanctissimæ genitricis tuæ. Dignissimum nanque est, vt

	} (pedito.	
cuius		
Intuitu Intercessu Affectu		
Tribuat	} 0	
		Grā & bñdictio miserabili &
		Cura & medicatio ægro. Venia & remissio reo.

Particula eleuatiua. 18  
Opientissima Virgo, si ego sum indignus, tu domina dignissima. Si ego superbissimus, tu domina humillima. Si ego immundus, tu mundissima. Si ego foetidissimus, tu fragrantissima. Si ego carnalis & libidinosus, tu virgo purissima. Si ego peccator nequissimus, tu sanctissima. Ex omnibus igitur præcordijs meis te supplico per vniuersos illos dolores, quos feruētissimo amore pro tuo dulcissimo filio pertulisti, digneris pro me miserabili & derelicto interuenire & supplicare. Per fugam Aegypti. Per amissionē dilectissimi filij tui in illo triduo, quo inter doctores demoratus est in templo disputans. Per illum dolorem, quem habuisti, cum suam mortem & passionem tibi in Bethania prænuntiauit. Per illum amarissimum verbum, quod in cruce te alloquens dixit, Mulier ecce filius tuus. Per fellis, & aceti amarissimum potum ei

K sub

**Fer. 2.** secundū viam purgatiuā.  
subministratum. Per latus pretiosum  
mucrone diræ lanceæ perfoſſum. Per  
eius pretioſiſſimi corporis in ſacro-  
ſancta brachia tua deſcenſum: vt mi-  
hi dignetur dimittere omnia peccata  
mea, largiri que in præſenti vita gra-  
tiam, & in futura æternam ſuam glo-  
riam. Et his peractis, cōuertere ad ſan-  
ctos, videlicet.

**Feria. 2.** ad omnes angelos genera-  
liter, & ad angelum custodem ſpeciali-  
ter, qui in magna deuotione & reuerē-  
tia tibi habendus eſt, & offer ei quoti-  
diē aliquam deuotam orationem, ſan-  
cto quoque, cuius feſtum illo die cele-  
bratur.

**Feria. 3.** vt ſuprà dictum eſt ad do-  
minam noſtram, & ad ſanctos patriar-  
chas, Prophetas, Apoſtolos, & Euan-  
gelistas, & Diſcipulos Domini, acci-  
piendo vnum eorum pro principali  
aduocato cum ſancto, qui illo die cele-  
bratur.

**Feria. 4.**

**Particula eleuatiua.** 19

**Feria. 4.** ad dominam noſtram, & ad  
ſanctos martyres.

**Feria. 5.** ad dominam noſtram & ad  
confeſſores.

**Feria. 6.** ad doloroſam & amarissi-  
mam domini paſſionem.

**Sabbato** ad dominam noſtrā cum  
vniuerſo choro virginum.

**Die dominica** ad beatiffimam Tri-  
nitatem, eam ſupplicans per ſuam o-  
mnipotentiam, & per ſapientiam filij,  
& per bonitatem Spiritus ſancti, confi-  
derans immenſam Dei altitudinem,  
& mirabilem eius ſuper filios homi-  
num diſpenſationem. Et cum hoc mo-  
do imploraueris diuinam miſericor-  
diam, dilata animam tuam adorans,  
magnificans, & gratias agens pro ſu-  
ſceptis beneficijs, & ſignanter pro be-  
nificijs illius diei, & cōtritione, & de-  
uotione, & pro alijs donis tunc rece-  
ptis dicens. O ſuperſumme domine,  
anima mea te adorat, magnificat, &

**K 2**

gra-

**Fer. 2. Secundū viam purgatiuā**  
gratias impendit, pro tot & tantis  
muneribus à tua largiflua magnifi-  
centia receptis, ex totis præcordijs  
meis tuæ me dedico pietati. Et his  
dictis, post trinam pectoris tunsio-  
nem dic ter hæc verba. Deus propi-  
tius esto mihi peccatori. Atque exur-  
gens, sta in tuis pedibus cum ingenti  
reuerentia, & dic Psalm. Laudate  
dominum in sanctis eius. Vel Psalm.  
Lauda omnia mea dominum. Vel  
Psalm. Bendic anima mea domino.  
vsque ad versum. renouabitur vt a-  
quilæ iuuentus tua. cum Gloria pa-  
tri, & Pater noster, & Aue Maria. Di-  
cens in finem. Et ne nos inducas. Sed  
libera nos. Domine exaudi orationé  
meam. Et clamor meus ad te veniat.  
Oremus. Deus ad quem dignè lau-  
dandum. &c. Vel de Trinitate. Omni-  
potens sempiternæ Deus, qui dedisti  
famulis tuis. Et hoc modo finitur ex-  
ercitium huius viæ purgatiuæ.

Debes

**Particula eleuatiua. 20**

Debes tamen aduertere, quòd quā-  
uis quælibet istarum trium viarum  
habeat nomen determinatum, & pro-  
prium modum procedendi, propter  
hoc existimes, quin in earū qualibet  
seorsum te exercitans, in omnibus si-  
mul tribus, diuina præuentus gratia,  
valeas exerceri, scilicet, purgatiua, il-  
luminatiua, & vnitiua, tuas misérias  
recognoscens, gratias agens, & ad o-  
randum, & magnificandum dominum  
animam tuam dilatans.

Et caue, ne finito præfato exer-  
cicio, statim diffundaris, sed pro  
viribus stude conseruare cor tuum  
in sua virtute & vigore, ne vaga,  
vel fluida cogitatione dissoluaris, &  
sic anima tua lucrum perdat com-  
punctionis, dans locum vanis & flui-  
dis cogitationibus. Sed stabilire cura  
cor tuum in vita domini secundum  
meditationé eius in illa die, vel in ali-  
qua alia materia sancta deuotionis ex-

K 3 cita-

Fer. 3. secundū viam purgatiuā.  
citatiua.

¶ *Capitulum tertium. Quid feria ter-  
tia post matutin. sit medi-  
tandum.*

**F**RATER dilectissi-  
me in oratorio positus, &  
cruci signaculo insigni-  
tus, spiritu ad te reuoca-  
to, prout in secunda feria diximus, for-  
ma meditationem circa mortem hoc  
modo. Et vt semper eius horā habeas  
suspectam,

Cogita

Quomodò improuisa veniet, nam si  
cut fur ita vêtura est, cū eam minùs su-  
spicatus fueris, cū minùs fueris præ-  
paratus, cū maior tibi fuerit viuēdi fi-  
ducia, cū multa facere proposueris.

Et versa & reuerfa accuratissimè in  
corde tuo modum & ordinem, quo  
ad mortem tendimus. Et interdum

ac si

Meditatio mortis.

21

Cogita

ac si statim esses moriturus, & sic pro-  
fundius senties sequentia.

Quomodò mortem præcedat quæ  
dam grauissima infirmitas, & quomo-  
dò huius languoris cæteræ infirmita-  
tes sunt nuntij.

Languoris grauitatem. Considera  
terrorem naturalis inclinationis non  
mori, sed permanere vehementer affe-  
ctantis.

Quomodò cū iam tibi transitus  
tuus ab hac vita innotuerit, indican-  
tibus tibi hoc medicis, vel te hoc in  
teipso prænosticante quantus erit tūc  
clamor conscientie, quātus remorsus.  
Quia cū potuisti, non te disposuisti:  
tunc omnia peccata tua ad memoriā  
tibi reuocabuntur.

Quanto pro eorum singulis & pas-  
sionibus, quas non superare curasti,  
dolore cruciaberis.

Si in tali mortis esses constitutus

K 4

articulo,

Fer. 3. Secundū viam purgatiuā

Cogita

articulo, & vitijs, & concupiscentijs  
astrictus: quantum vnum annum,  
vel saltem vnam horam appeteres sa-  
nitatis.

Quomodò cūm ad illam peruene-  
ris horam: si tempus præteritum ad æ-  
ternitatem, ad quam es transiturus, cō-  
paraueris, quā breue tibi videbitur.  
Tota vita tua tibi somnum fuisse vide-  
bitur. Et omnes dies tui erunt tunc ti-  
bi ac si per modicum spatiū, videlicet  
vnū miliaris perambulasses.

Quantus tibi erit dolor, cūm te pro-  
pter momentaneā & minimam dele-  
ctationem, æterna, & ineffabilia amisit  
se gaudia lugebis.

Quā amarissimum erit diuortiuū  
cūm auulsus eris ab his rebus, quas  
hic malè amasti, scilicet, ab honori-  
bus, à status celsitudine, ad quem hic  
totis viribus inhiasti, & a delitijs, qui-  
bus tam auidè adhæxisti, & similiter  
de

Meditatio mortis.

22

Cogita

de alijs multis similibus.

De dispositione morientis, quomo-  
do corpus nigrescit, rigescit, & caligat  
oculi.

Quomodò dæmones ibi adsunt  
tanquam rugientes leones præparati  
ad escam, animam præstolantes.

Quomodò misera anima eius exi-  
tu instante de corpore incipiet anxie  
considerare regionem illam sibi inco-  
gnitā, ad quam tendit, & quot dæmo-  
nes eam præstolantur. Quā inuita  
à corpore egredietur: & quā libèter  
si possit, ad illud regrederetur, non ta-  
mē potest, quia omnes portæ sensuū,  
sibi clausæ sunt. Itaq; cogitur inde exi-  
re, & per medios dæmones transire.

Quomodò tunc spiritus singulorū  
vitorū ad eam cōcurrent, quærentes  
singuli quod suum est. Spiritus super-  
biæ, superbiā. Spūs luxurię, luxuriam.  
Itaq; vnusquisque illorū immūdorū

K 5 spiri-

Fer. 3. Secundū viam purgatiuā.

Cogita.

spiritum quæret quod suum est.

Postremò, quomodò anima de corpore egressa, mox ante tribunal iudicis statuetur, tunc sententiam receptura irreuocabilem. Et vbi lignum ceciderit, ibi erit in perpetuum.

Aduerte, quomodò tumulo cadauer traditur, & perpetuæ obliuioni, hospes enim vnus noctis fuit in hoc mûdo, & abijt, & perijt memoria eius de terra.

Hoc modo per contrarium meditationes formare potes de morte iustorum. Nam iusti præcognoscentes se de hac vita migraturos, valde lætantur, suæ testimonio conscientiæ. Et quia se per mortem vident ab huius vitæ miserijs liberari: sed & quia hîc carnalibus non fuerunt illecti concupiscentijs, vel alijs, nõ dolent hinc egredi.

Et post horum vel aliquot eorum  
medita

Meditatio mortis.

23

Cogita

meditationem, prout noueris suffice re ad compunctiõem & deuotionem excitandam, assume personam rei vel serui, qui dominum suum offendit, & & humilitatis & doloris affectu, forma orationem ex intimis cordis tui, sicut supra dictum est, recognoscens quæ tuam miseriam, postula misericordiam, dicens. O domine bone, pulcherrime, dulcis, misericors, miserere huius peccatoris, quem pretioso sanguine filij tui redemisti. Et his dictis, implora misericordiam nostri redemptoris, ponens inter te & Deum pretiosam suam mortem, & passionem, dicens vt supra. O domine, per sanctam passionem pretiosissimi filij tui, qui pro me in ligno crucis immolatus est, propitius esto mihi peccatori. Et post hæc conuerte tuæ meditationis oculum ad dominam nostram, postulans auxilium ab ea, sicut supra est  
expo-

Fer. 3. Secundū viā purgatiuā

Cogita

expositum. Deinde ad sanctos illius  
feriæ, & specialiter ad sanctum, cu-  
ius solennitas illō die agitur: & tan-  
dem adorans, magnificans, gratiasq;  
agens, tuum terminabis exercitium,  
secundū ea quæ fuerunt dicta in fi-  
ne secundæ feriæ.

¶ *Capitulum quartum. De his, quæ  
post matutinorum expletione  
feria quarta sunt medi-  
tanda.*



G I T V R fe-  
ria quarta ad ora-  
torium veniens,  
postquā te signa-  
culo crucis insi-  
gnieris: spiritūq;  
recollegeris, se-  
cun-

Meditatio inferni. 24

cundū, quōd feria secunda diximus,  
forma meditationes circa pœnas in-  
ferni, hoc modo.

Debes frater considerare pœnas in-  
ferni, ipsumque infernum secundū  
aliquas similitudines, quas sancti in  
hac materia assignant.

Confidera

Quoddam teterrimum chaos,  
quendam locum sub terra tanquam  
quendam profundissimum puteum to-  
tum ignitum.

Ciuitatem quandam horribilissi-  
mam, & maximam, tenebrosam, fla-  
mis teterrimis, & terribilibus succen-  
sam, & ardentem, vbi commorantes,  
validos emittunt clamores atque vlu-  
latus, & omnes miserabiliter ac incon-  
solabiliter plangunt præ dolorum ma-  
gnitudine & numerositate, nec est lin-  
gua mortalis quæ eos sermone expli-  
care valeat.

Per has & similes figuras inexpli-  
cabi-



Feria. 3. secundū viam purgatiuā.

Confidera

cabilem pœnarum acerbiteratem. Nā, vt beatus Augustinus dicit, tantum ignis inferni ab isto igne distat, quantum verus distat ab igne depicto. Et idem confidera circa algorem & fœtorem. Acerbitas pœnarum clarè patet in stridore dentium, gemitibus, planctibus, & blasphemijs, quas in Deū inferunt.

Pœnarum multipliciter. Ibi est teterrimus ignis, qui nunquam extinguitur. Intolerabilis calor, intolerabilis fœtor, palpabiles tenebræ. Ibi omnes sensus incessabiliter cruciabuntur. Visus in terribili dæmonum aspectu. Auditus in gemituum, & fletuum, & clamorum auditione.

Miserabilem societatem, & tortorum immanissimam feritatem. Sunt enim absque vlla pietate, neque in torquendo lassescunt, neque ad misericordiam

Meditatio inferni.

25

Confidera.

diam vnquam inclinantur, sed insultantes eis, quos cruciant, dicunt. Vbi est nunc vestræ gloriæ claritas? Vbi status vestri sublimitas? Vbi superbia? Vbi deliciæ? Et sic de alijs vitijs.

Quomodò in omnibus membris dānati uexantur, sed in his acerbissimis, qui bus deliquerunt.

Pœnas interiores, scilicet conscientie remorsum, & vermem, qui nunquam morietur. Quis igitur sufficienter contemplari poterit quantum reprobis crucietur, eò quòd in hoc mundo viuentes, modicis, & quasi momentaneis laboribus huius vitæ illos acerbissimos & nunquam finiendos euadere nunquam curauerunt, cum poterunt.

Interiores passiones, quantum in ipsis regnabunt. Erunt enim vltra quàm dici potest iracundi, & inuidi, sicut canes rabidi: recordabuntur quidem

Fer. 5. secundum viam purga.

Confidera

quidem præteritorum peccatorum & præcedentium deliciarum ad suppliciorum augmentum. Et lamentans dicent. Quid profuit nobis superbia? quid luxuria? quid cupiditas? quid gloria temporalis? quid carnis oblectamenta?

Pœnarum diurnitatem, quarum nullus est finis, neque per millia millium annorum: quia ibi nulla est redemptio, & per consequens neq; finis.

Frater igitur dilectissime conscientia tua præmissis meditationibus stimulatâ, conuertere ad dominum, dicens in corde tuo. O altitudo sapientiæ & scientiæ Dei quàm incomprehensibiliâ sunt iudicia tua. O domine, quot cruciantur in inferno pro vno solo peccato. Et ego, qui tot tanta commisi, quantarum sum reus pœnarum. Iustissimè reus sum damnationis æternæ. Obnoxius enim sum omni  
sup.

Meditatio extremi iudicij. 26

Confidera.

supplicio, & indignus omni beneficio. Itaq; his verbis, aut similibus, ex intimis præcordijs prolatis, humilia coram domino animam tuâ, ante cuius est conspectum. Nam cum orationi intendis, firmiter debes credere te esse coram domino, & quò te magis mortis æternæ reum iudicaueris, & intra te humiliatus fueris, eò citius absolutus eris, & in altiori statu subleuaberis. Itaq; dolore compunctus, erige per spem animâ tuâ, & fiducia veniam consequendi, deuotè forma oratione in intimis cordis tui, assumens personâ rei, & humilitatis & timoris affectu, tuas calamitates & miseras recognoscens, implora diuinâ misericordiam, & age gratias, eius contemplan's beneficia, secundum quò dictum est in alijs scriptis.

Capitulum

Fer. 5. secundū viam purgatiuā.

¶ Cap. V. In quibus meditationibus debet religiosus exerceri feria quinta post matutinalem Synaxin.



Deria quinta constitutus in loco orationi deputato, armans te sacro crucis vexillo, collecto spiritu, sicut patuit feria secunda, sic formabis meditationes circa finale iudicium.

Attende.

Quantus erit terror, cum illam archangeli tubam, & illa tam terribilia signa tonitruorū & fulgurū audientur & videbunt peccatores. Turbabuntur horrore terribili ultra quam dici potest.

Iusti iudicis iram implacibilem, qui veniet contra eos, qui eum offenderunt,

Meditatio extremi iudicij. 27

Attende.

derunt, & quantum illi reprobi terre buntur.

Amarissimum illum diuortiu, cum iusti, humiles, & mansueti ponentur a dextris, superbi autem, inuidi, & luxuriosi a sinistris, nunquam de cætero coniungendi.

Quantus tremor, quantus terror, quanta admiratio erit tunc superbis, & elatis, cum se humiliatos, abiectos, pauperes, viles, & despectos viderint: & quos viles reputabant, in gloria a dextris Christi astare conspexerint. Vnde & prædolore intra semetipsos dicent. Isti sunt, quos aliquando habuimus in derisum. Et ecôtrario iusti stabunt in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt.

Quomodò ibi omnium operum, & cogitationum est reddenda ratio. Illic Ierusalé scrutabitur in lucernis (hoc est) illi qui nunc videntur sancti, ibi

L 2 exami-

Fer. 5. secund. viam purga.

Considera,

examinabuntur. Et quicquid in eis latebat, illic clarè patebit. Testes erunt angeli, & dæmones, qui ostensuri sunt nobis quæ fecimus mala, tempus pariter, & locum. Propria quoque peccata, & totus mundus, peccatores accusabunt.

Quomodo Christus insignia passionis suæ ostēdet, & malis beneficia suæ incarnationis improperebit, quia cum contempserunt.

Illam tam terribilem, & irrevocabilem sententiam, cum dicturus est, *Ite maledicti in ignem æternum.*

Dulcissimum conuiuium æternæ cœnæ, ad quam vocandi sunt iusti, illis suavissimis verbis. *Venite benedicti patris mei: percipite regnum, quod paratum est vobis ab origine mundi.*

Quantum Deo placent opera misericordiæ & pietatis, cum sola ea Christus redemptor noster in iudicio allegare

Meditatio extremi iudicij. 28

Considera,

gare videatur.

Quomodo iusti ibunt in vitam æternam, mali autem ad æterna tormenta. Et ista duo loca. scilicet paradysus & infernus, propter impositum magnum chaos, in æternum permanebunt diuisa. Stimulata igitur frater conscientia tua, per suprapositam meditationem verte cor tuum ad dominum, & dices. *O domine, quis euadere poterit illud tantum iustum & tam tremendum iudicium? O domine, non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Et per hæc verba, vel similia forma orationem ut supra patuit.*

¶ *Capitulum. VI. Quæ cogitanda sunt feria sexta post matutinorum officium.*

L 3

Post

Fer. 6. secundum viam purga.

**R**ostquam feria sexta ad oratorium veneris, & te crucis signo munieris, collecto spiritu, prout supra dictum est feria secunda, formas tuas meditationes, quomodo, scilicet, redemptor noster in horto orabat, & ac si ibi praesens esses,

Debes considerare,

Quomodo consummata coena in Ierusalem in coenaculo, in monte Sion, egressus est cum discipulis suis in hortum.

Cum quanta eos benignitate alloquitur, dicens, Vigilate, & orate, ne in tretis in tentationem.

Quomodo est auulsus ab eis, & scies omnia, quae super eum ventura erant, se muniuit armis orationis.

Quomodo in agonia positus fuit in eo tantus dolor & timor in parte sensitiva, ut per omnia corporis membra sanguinei sudoris guttae scaturirent:

insinuans

Meditationis passionis 29

Debes considerare,

insinuans per huiusmodi sudorem magnitudinem interiorum dolorum & anxietatum,

Quot, & quanti fuerint dolores, & eorum causa, & acerrimi doloris gladij cor suum transfigentes, quorum omnium causa fuerunt peccata electorum praecedentium, praesentium, & futurorum, quae omnia ipse clarius, apertius, & distinctius vidit, quam aliqua mens humana aliquid valeat cognoscere.

Quomodo ibi satisfacit patri pro iniurijs sibi illatis, pro singulis electorum peccatis singularem ei offerens satisfactionem, scilicet singularem dolorem & passionem sustinens pro vna quaque patris sui offensa.

Quomodo tunc praesentata fuerunt ei omnia peccata tua usque ad minimum veniale sigillatim. Et quantum pro eorum singulis assumpsit dolorem, pa-

L 4

tri

Fer. 6. secund. viam purga.

Debes considerare.

tri pro te abundantissimè satisfaciens.

Conditiones, quæ in eo fuerunt, ex quibus tam incomparabiles dolores oriebantur.

Primam conditionem, quia erat filius Dei, & ideo vehementer dolebat de offensis patris.

Secundam, quia erat pacis mediator, inter Deum & homines, & quantum pacem diligebat, tantò de inimicitia & ira Dei cõtra homines ex peccato exorta dolebat.

Tertiam, quia erat animarum sponsus, & earum pulchritudinem ardèter amabat, vnde propter eam fuit doloribus plenus.

Quartum, quia erat gratiæ reparator, quæ per peccatũ fuerat destructa.

Quintam, quia erat vniuersalis redemptor: & oportebat, ne peccatum maneret impunitum, vt pro omnibus  
diuinæ

Meditatio passionis. 30

Debes considerare,

diuinę iustitię solueret, & satisfaceret. Acerrimos doloris gladios cor eius transigentes.

Primò videns glorię suę regnũ diuersis peccatis ita expoliatũ: & quã rari erant illud ingressuri.

Secundò videns gratiam multiplicibus peccatis destructã in animabus: & suam sacrosanctam passionem paucissimis profuturam. Nam cum ipse esset ipsamet gratia, dolebat de peccatis tanquam sui destructiuis.

Tertiò, propter nostram ingratitude: in quãtũ considerabat peccata illorum, qui post cognitionem tam inestimabilis redemptionis, non verentur ad peccata redire, eũ in seipsis denuò crucifigentes.

Quartò videns ianuas inferorum patulas, & omnes reprobos damnatos, & vsque ad finem mundi damnandos.

L 5 Quintò

Fer. 6. secundum viam purga.

Debes considerare,

Quintò, cum nudè, clarè, ac distinctè omnes dolores, opprobria, & improperia, quæ continuò erat passurus, fuit intuitus.

Sextò, cum ei illic fuerunt præsentati omnes suæ sanctissimæ matris, & omnium discipulorum suorum dolores: ac vniuersæ martyrum omnium cruces, & cæterorum labores electorum, qui vsq; ad finem mundi propter eum erant passuri, omnes enim animâ suam transfixerunt. Acerbitatem dolorum ex suarum viuacitate potentiarum: excedunt enim omnem mensuram, qui fuerunt longè plures & maiores, quàm nos intelligere valemus.

Suam infinitam misericordiam ex parte nostri: & ex parte Dei tam copiosam redemptionem, & satisfactionem;

○ Durissimum cor quantum malum

Meditatio passionis. 31

Debes considerare,

lum erit tibi in nouissimo tempore, si ad tot amoris insignia nequis frangi, & totum per amorem resolui, & tot viaculis allectiuus non potes à tua duritia euelli.

Agitata igitur frater cōscientia tua per præmissam meditationem, verte ad dominum oculum mētis tuæ, procidens ante suos sanctissimos pedes, petensq; indulgentiam omnium peccatorum tuorum, & icgritudinis, & frigiditatis hactenus à te habitaram, proponensq; de cætero calefcere ad tantum amoris ignem, dicens cū propheta. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea, scilicet, propter ea quæ dicta sunt. Et sic prostratus, nõ sinas eum, donec benedicat tibi. Cætera fiant sicut in præcedentibus ferijs.

¶ Capi-

Sabbato secundū viam purgatiuā  
¶ Capitulum. VII. De materia medi-  
tationis, Sabbato post matuti-  
nalem Synaxim.



Abbate in oratorio po-  
situs, ac crucis vexillo  
in signitus, spiritu ad in-  
teriora reuocato, vt pa-  
tuit feria secunda, for-  
ma tuas meditationes, considerans ma-  
ximos dolores Dominæ nostræ, hoc  
modo. Attende igitur, quòd si eius fi-  
lius cupis esse, & eam tuam aduocatā,  
oportet te condolere ei, quæ omni tē-  
pore vitæ suæ fuit plena doloribus, an-  
gustijs, laboribus, & afflictionibus. To-  
ta quippe eius vita fuit quoddam do-  
lorosum martyrium.

Attende quem habuit dolo-  
rem.

Cum vidit suum benedictū filium  
in præsepio vagientem præ frigoribus  
aspe-

Dolores Dominæ nostræ 32  
Attende quem habuit do-  
lorem,

asperitate, nihil habens quo eum ope-  
raret.

Idem in circūcisione, & in eo, quod  
Simeon ei prædixit, quod suam illius gla-  
dius animam esset transfixurus. In fu-  
ga Ægypti. In triduo illo, quo eum  
quærens, tandem inuenit in templo.  
Et in toto eius vitæ decursu videns eū  
fame, & alijs inopijs vexari, neque va-  
lens ei subuenire.

Cum vidit eum sæpe plorātem, cum  
quo & ipsa lugebat.

Cum vidit eum ex itineribus fati-  
gari, fame & siti cruciari, & docentem  
contemni, vilipendi, & blasphemari,  
& ad comprehendendum obseruari.  
Nunquid hæc non fuerunt ei imma-  
nissima martyria? Reuera sic.

Cum totiens audiebat eū de morte  
& passione sua loquētē. Si enim Petro  
& alijs



Sabbato Secundū viam purga.

Attende quem habuit do-  
lorem,

& alijs discipulis erat tam graue eum de passione sua loquentem audire, quid putas dicendum de matre, quæ eum tam tenerimè diligebat?

Cū cognouit eum à Iuda fuisse venditum, à Iudæis comprehensum, & à discipulis derelictum.

Cū vidit de iudice ad iudicem tra-  
hi, & mortis sententiā in eum data, cru-  
cem in humeris baiolare.

Cū vidit eum in cruce, & audiuit eum in ea loquentē trāsfixo corde præ doloris magnitudine sui dilectissimi filij, & in agonia positū vidit expirare.

Et cū de cruce depositum in suis sacrosanctis vlnis est intuita mortuū, & tam dirè vulneratum. Et cū contēpexit eum tumulari, magnitudinem suorum tunc dolorum non est lingua quæ possit depromere.

Manens in cœnaculo cum Ioanne  
& Ma-

Dolores Dominæ nostræ. 33

Attende quem habuit do-  
lorem.

& Marijs, & alijs discipulis, quæ postea superuenerūt, quomodò erant supra modum tristes, & afflicti propter mortem, & passionem domini die ex-  
terna celebratā, & ac si ibi adesses, in-  
tuere diligēter, quā mœstum est vi-  
dere, quod domina mundi, & princi-  
pes diuini exercitus sic sint reclusi in  
quadam domuncula, pleni timore, a-  
maritudine, & dolore.

Cū adinuicem loquebantur ma-  
gnis fletibus & singultis.

Cū discipuli aderant pleni pudo-  
re, & confusione, eo quod eum dere-  
liquerant, & præcipuè Petrus, qui eū  
negauerat: omnes percutientes pecto-  
ra sua, postulantes sibi à Domina ve-  
niam præstari.

Cū eos verbis consolatorijs con-  
solabatur, & confortabat, dicens. Ma-  
gister bonus, & pastor fidelis discessit  
à no-

Sabbato secund. viam purga.

Attende quem habuit do-  
lorem.

à nobis: & ecce mansimus sicut or-  
phani, sed firmiter expecto nos citius  
eū, rehabituros. Vos scitis, quā ben-  
gnus est filius meus, & quantū vos di-  
ligebar. Non dubitetis, quia bene re-  
conciliabimur ei, libenter remittet o-  
mnem offensam. Tantus autē permis-  
sione patris fuit furoris impetus cōtra  
eū, & ita præualuit malorum audacia,  
quòd nō potuissetis eū iuuare, etiam  
existentes cum eo: & ideo, nolite tur-  
bari. Et quā verecundè respondet  
Petrus dicens. Verè domina ita est vt  
dicitis. Nam & ego, qui tantam de me  
ipso confidentiam habebam, tanto in  
atrio Caiphę fui timore percussus, vt  
vix crederem me euadere posse: & eū  
negauī, neque fui memor verborum,  
quibus hoc prædixerat mihi, quousq;  
me respexit.

Conscientia igitur frater tua per  
præ-

Dolores Dñæ nostræ. 34

præcedentem meditationem stimula-  
ta, cōuertere ad dominum, petens ab  
eo veniam omnium peccatorum tuo-  
rum, quibus totiens eum negasti, quo-  
tiens in eum deliquisti. Et ad dominā  
nostram cum omnibus alijs sanctis, si-  
cut fuit præmissum.

¶ Cap. VIII. Quæ meditaturus est  
exercitator die Dominica exple-  
to matutinorum officio.



Dominica die postquā  
ad locum orationi assi-  
gnatum accesseris, & te ar-  
mis salutiferæ crucis mu-  
nieris, reuoca ad te spiritum tuum  
eo modo, quo superius fuit dictum.  
Et forma meditationes tuas de cœle-  
sti gloria, hoc modo.

In primis.

Contemplare

Illum mirabilē locum. s. cœlū em-

M pyreū

Dñica secundum viam purga-  
pyreum, sic appellatum, propter suum  
admirabile lumen, hoc autem debes  
speculari per quasdam similitudines  
imaginarias à sanctis inuentas, vt hoc  
capere possimus.

Illum locum, qui est sicut quædam  
magna ciuitas ex auro purissimo, gè-  
misque pretiosissimis mirabiliter con-  
structa, singulæ eius portæ sunt ex sin-  
gulis margaritis.

Quòd in ciuitate illa intrinsecus  
est campus speciosissimus omniù flo-  
rum, qui excogitari possunt, pulchritu-  
dine decoratus. Ibi lilia, rose, & cæte-  
ra florum genera tam suauissimè fra-  
grantia, vt nullo linguæ officio expli-  
cari queat, quæ nunquã marcescunt.  
Ibi semper est amcenissima æstas, fra-  
grantissima odorum suauitas.

Illud æternarù deliciarù habitacu-  
lum penitus vnus moris, & absq; vlla  
dissensione, in quo sancti æternaliter  
habitant, continens in se omne, quod  
delectare potest.

### Meditatio paradisi.

35

delectare potest.

Quantum illic erit gaudium, sem-  
per videre beatissimã trinitatẽ. In qua  
reluet ois pulchritudinis, dulcedi-  
nis, & bonitatis exẽplar. In qua visiõẽ  
omnia scibilia cognosces, oia concupi-  
ta possidebis, & in ea deniq; beat⁹ eris.

Quantũ est gaudium quo ibi per-  
fruuntur beati. Gaudent enim feliciter  
in perfecta & præclara contempla-  
tione diuinæ claritatis, & gaudet dul-  
citer in fructione sapidissima diuinæ  
bonitatis. Gaudent æternaliter in pos-  
sessione securissima diuinæ maiesta-  
tis. Non em̄ timent co nũquã priuari.

Visiõem humanitatis redempto-  
ris nostri, quomodò ille, qui quodã in  
hoc exilio visus est pauper, humilis,  
& abiectus, illic videbitur, vt Deus al-  
tissimus, & homo verus.

Gaudium, quod ibi tibi erit ex cõ-  
sortio virginis Mariæ dñe nostræ, &  
omniũ sanctorũ, s. apostolorũ, marty-  
rum

Dominica secund. viam purga.  
tyrū, virginum, & cōfessorum. ita. n. de  
gaudijseorū gaudebis, sicut de pprijs.

Dotes, quibus corpus tuū viuifica-  
bitur. s. immortalitatem, impasibilita-  
tē, agilitatem, & claritatem.

Dotes animæ, scilicet plenitudinē  
scientiæ, iustitiæ, lætitiæ.

Quam multa alia magna & ineffa-  
bilia ex his principalibus dotibus con-  
sequeris, videlicet, securitatē, vt iā nō  
timeas eijci, neq; aliqua tēratione vi-  
ci, quia nullā experieris. Habebis sum-  
mam libertatē, sanitatem, voluptatem  
amicitiam, honorem, & concordia. Et  
breuiter omnia colligendo, habebis  
quicquid volueris, & qđ nolueris non  
habebis. Vnde frater tua cōsciētia hu-  
iusmodi amoris stimulis agitata, dōle-  
vehementer te tuis sceleribus ad hoc  
tā mirifico tabernaculo elongasse, &  
tuos defectus recognoscēs, cōuertere  
ad dñm ex toto corde dicēs. O dñe, tra-  
he me post te, & currā in odore vngue-  
torum

Meditatio paradisi. 36  
torum tuorum. Et eodem modo orās,  
& ad eius genitricē dominam nostrā,  
& post implorationem suæ misericor-  
diæ & gratiarum actionem, fac finem  
exercitij tui, eodem modo, quo dixi-  
mus feria secunda.

¶ Capit. IX. Quanto tempore est  
manendum in præfata uia purga-  
tiua, & quomodo ualet cognosce-  
re se esse purgatum.



Iximus in superioribus de  
via purgatiua, per quā no-  
uus Christi discipulus di-  
sponitur ad adeptionē op-  
tati finis, qui est, gradatim ascēdere ad  
uniendum animā cum Deo, quod est  
vera sapiētia, & oportet studiosum in  
ea assuescieri. Vbi autē in hoc assues-  
tus fueris exercitio, scilicet per spa-  
tium vnus mensis, vt dicit Henri-

M 3 cus

**Q**uanto tēpore oporteat exercer-  
 cus de Palma in sua mystica Theolo-  
 logia, progrediatur vlteriūs, amorī cor-  
 lestium intendens, quod fit per exerci-  
 tium secundæ viæ, quæ dicitur illumi-  
 nativa, eo q̄ cor illuminat per moro-  
 sam diuinorum beneficiorum confide-  
 rationem: & quanuis sit magnus pec-  
 cator, non vereatur à domino petere  
 sui amoris incendium, quia in hoc nul-  
 la est præsumptionis culpa. Cum enim  
 per præfatum temporis spatium Salua-  
 toris pedes fuerit osculatus, suorum a-  
 mara recordatione peccatorum dignè  
 potest accedere ad manuum oscula  
 per diuinorum beneficiorum confide-  
 rationem. Quod tamen intelligendū  
 est, si ita studiosam custodiam adhibue-  
 rit vitæ suæ, quòd non habeat aliquid  
 fugiter purgandum. Et ad cognoscen-  
 dum an sit purgatus, debet diligenter  
 considerare, vtrum hæc tria fuerit ade-  
 ptus, scilicet.

Strenui

In via purgatiua.

37

{ Strenuitatem }  
 { Seueritatem }  
 { Benignitatē }  
 Contra { Negligentium }  
 { Concupiscentiā }  
 { Nequitiam }

His enim tribus habitis, conscientia  
 fit bona, munda, & recta.

Et vt ista facilius valeat intelligi,  
 ponendæ sunt hîc earum definitiones,  
 quas ponit Bonauentura, in tractatu  
 quodâ, qui dicitur, Paruum bonum.

Strenuitas est quidam vigor animi  
 excutiens omnem negligentiam, di-  
 sponens animam ad faciendum bo-  
 na opera.

{ Vigilanter }  
 { Confidenter }  
 { Eleganter }

Seueritas, est quidam vigor animi  
 restringens omnem concupiscentiam,  
 & habilitans animam, ac feruentem  
 reddens eam ad amorem, scilicet.

M 4 Asperitas

Quāto tēpore oportet exerceri in via purg.

{ Asperitas  
Paupertas  
Vilitas }

Benignitas, est quidam dulcor animæ, excludens omnem nequitiam, scilicet omnem iracundiā, inuidiam, acidiā, & habitans animam ad

{ Benciuolentiam  
Tolerantiam  
Internālatitiam }

Ethic est finis & terminus viæ purgatiuæ secundum viam meditationis. Nam omnis conscientia munda, lata est & iucunda. His tribus adeptis, prius est animus, ut sursum tendat. Et per ista cognoscere poterimus terminum nostræ purgationis.

..

SECUNDA PARS.

¶ Capit.

De via illuminatiua. 38

¶ Capit. X. Quod accedens ad exercitium viæ illuminatiuæ est prius purgandus, & mundandus à suis peccatis per viā purgatiuā, ut splendores diuinæ lucis possit capere.



ACTENVS dixim⁹ de via purgatiua, per quam purgatur conscientia, quæ facilius in corde recolligi, quā scripto, vel verbo doceri potest, per quam immediatē Dei seruus ad illuminatiuā ascensurus est, quæ ad illuminandū ordinatur, secundum illud Prophetæ de viro iusto loquētis. Beatus vir, cuius est auxiliū abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarū: in loco quē posuit. Vbi notandū, quod per lachrymas, & gemitus viæ purgatiuæ mundatur anima à rubigine malorū operum: & hinc immediatē assurgit ad illustrationem per

M 5 diu

Quòd debet præcedere via purg.  
diuinæ lucis radios. Et hoc est conue-  
niens ex parte recipiētis, prout experiē-  
tia videmus in materialispeculo, quod  
si ærugine, vel aliqua alia re fuerit ma-  
culatū, nō clarè apparet ī eo facies in  
eo se speculātis: sicut quādo est bene  
tersum, & politū. Anima autē speculo  
cōparatur. Quia si se pfectè cōsidera-  
ret, in seipsa cerneret illū cuius imago  
ipsa est. Cū enim ab ea abstergitur  
quicquid in ea obscurum est, cōfestim  
eā illustrat ille spiritualis sol splēdori  
bus suæ gratiæ & bonitatis. Et quod  
plus est: quēadmodū radius huius ma-  
terialis solis percutit fenestrā, nō retro  
cedens, sperans quando aperiatur ei,  
cui si aperitur, totam illuminat domū,  
quæ prius tenebrescebat: sic verus iu-  
stitiæ sol, cuius similitudinē gerit iste  
sol materialis, nil aliud expectat im-  
mobiliter nostræ conscientiæ ianuam  
pulsans, nisi ꝑ ei quoquomodo aperi-  
mus, & præstemus ingressum ad feliciter

### Illuminativam.

39

terquiescendum in anima nostra. Et  
sic anima spiritualiter illuminatur.  
Vnde cum anima nostra diuinis ha-  
bet irradiari fulgoribus, oportet: vt  
eis proportionetur, & conformetur. s.  
vt mundetur prius per viam purgatiuā  
ā tenebris & sordibus peccatorum, vt  
conformis effecta speculo immaculato  
illius increatæ lucis radios capere va-  
leat. Et quia iam assignauimus exerci-  
tia, in quibus post matutinalē synaxin  
secūdum viā purgatiuā debes occupa-  
ri, quæ ad præfatā animæ purgationē  
ordinatur, restat dicendum de exerci-  
tijijs viæ illuminatiuæ. Ad quæ aptius tē-  
pus est post completorium, secundū ꝑ  
dicit Bernard. quod in hac hora debet  
religiosus examinare suam conscien-  
tiā, & pro beneficijs gratias agere.

¶ Cap. XI. Quomodo ad transeun-  
dū ad viam illuminatiuā exercita-  
tor debet suā cōsciētiā examinare.

Egres-

Exercitatio



Gressus à cōpletorio nō expedit tibi diu extra cellā demorari: aut per signa vel verba dissolui.

Vt enim dicit Bernardus. Post completorium nō debet monachus loqui, quousq; finita sit missa sequētis diei, nisi sit vrgens causa. Supra dicta igitur hora cellam ingressus flexis genibus, vel supra pedes stans, postq̄ te crucis vexillo armaueris, at trahens spiritum, & inuocās spiritum sanctum, dic sequentem antiphonam. Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende. Et sequatur Psalm. Deus in adiutorium meum intende. Totus dicatur. Nesciens antiphonam & psal. dicat ter hunc versum. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Post hæc tene tibi diligenter capitulum, te examinans de peccatis.

Negligē

Ad viā illuminatiuam. 40

{ Negligentiæ  
{ Concupiscentiæ  
{ Nequitiae

Ad quæ omnia alia possunt reduci. Quantum ad negligentiam debes te examinare in nouem.

Si negligens fueris illo die, Cordis custodiendi: examinans te, quid cogitaueris, dixeris feceris. Temporis expendendi.

Finis debiti intendēdi. s. in oībus operib⁹ tuis. s. Vtrū ea feceris principaliter ad honorem & gloriam Dei, ad quam omnia sunt referenda.

In orōne. Quō illa die diuinū expleueris officium. An tepidè, vel deuorè, vel si aliquam prætermiseris canonicā horā, vel aliqd de tuis solitis exercitijs

In lectione.

In bonorū operū executiōe. In his em̄ tribus debes diligēter te exercere, & cordis tui agrum excolere, vt possit bonum fructum dare in tempore suo.

Et



Exercitatio

Et vnum horū sine alijs nō sufficit

Ad dolendum de iniquitatibus.

Ad resistendum temptationibus.

Ad proficiendum in virtutibus.

Debes enim summoperè

{ Desilire culpam commissam,  
Repellere tērationē diabolicā  
Proficere d̄ vna virtute in aliā }

Vt sic possis peruenire ad terram  
promissam. Nota bene ista nouē, quæ  
diximus pertinere ad peccatum ne-  
gligentix.

Circa concupiscentiam debes co-  
gitare si viuit in te.

{ Concupiscentia voluptatis.  
Cōcupiscentia curiositatis.  
Concupiscentia vanitatis. }

Primò cogitare debes concupiscentiā  
voluptatis, quæ tunc viuit in te, si fue-  
rit in te.

Appetitus { Dulcium  
Mollium  
Carnalium }

Hoc

Ad viam illuminatiuā.

41

Hoc est { Cibaria saporosa,  
si quæ- { Vestimenta delicioſa,  
ris. { Oblectamenta luxuriosa:

Quæ omnia non solū est reprehen-  
sibile appetere cum cōsensu, sed etiā  
homo debet ea respuere primo motu.

Secundò te debes examinare de  
concupiscentia curiositatis: si viuat,  
vel vixerit in te. Hoc autem depre-  
henditur.

Cūm appetis { Scire occulta,  
{ Videre pulchra,  
{ Habere chara: }

In omnibus his est vitium auaritiæ,  
& curiositatis. Hoc autem multum re-  
prehensibile est in viro religioso.

Tertiò te debes examinare de con-  
cupiscentia vanitatis, quæ tunc viuit,  
in te, si habueris.

Appetitum { Fauoris.  
{ Laudis.  
{ Honoris.

Quæ omnia yana sunt, & hominem  
vanum

Exercitatio

vanum reddunt:& ita fugienda sunt, sicut concupiscentia mulierum. Et de omni tali debet conscientia arguere cor tuum. Attende bene hæc, quæ pertinent ad peccatum concupiscentiæ. Circa nequitiam debes te examinare, si in te viuit, vel aliquando vixerit.

Scilicet { Iracundia  
          { Inuidia  
          { Accidia

Quæ faciunt hominem nequam.

Primò est cogitanda iracundiæ nequitia, quæ consistit.

In { Animo }    { In corde }  
    { Signo }    { Facie }  
    { Verbo }    { Cla more }  
Vel { In affectu }  
    { Affatu }  
    { Effectu }

Secundò cogitanda est nequitia Inuidia, quæ

In

Ad viâ illuminatiuam. 42

In { Aliena prosperitate tabescet,  
      { Aduersitate hylarescit,  
      { Mendicitate refrigescit:  
Tertio recogitanda est nequitia ac  
cidia, ex qua

Oriuntur { Suspiciones malignæ,  
          { Cogitationes blasphemie,  
          { Detractiones iniquæ:

Omnis enim talis nequitia admodum detestanda est. Et hoc modo examinata conscientia tua, si te culpabilem inueneris, compugere ante Deum, & abluere peccatorum tuorum sordes, purificans lachrymis conscientiam tuam ac ponens in corde tuo confiteri, si quid notabile repereris. Et attende istum modum examinandi prædictum: quem ideo protraximus, ut in confessione peccatorum tuorum tibi seruiat. Non enim oportet tam prolixè semper post completorium examinare, præcipuè si in tui custodia peruigil fueris. Quin potius breuiter te examinans,

N quo-

Via illuminatiua

quomodo diem illum expenderis, debes postulare tibi veniam à Deo, dicens generalé confessionem, & psalm. De profundis, pro negligentijs, & deinde de transibis ad morosam & diligentem diuinorum beneficiorum considerationem: in qua recordatione diuinis fulgoribus illustraberis. Cumque te illustrari cognoueris, ignito affectu gratias age. Et vt plenius, & perfectius Dei beneficia recolere valeas, per ferias ea describere volui, vt in sequentibus apparebit.

¶ Capit. XII. De via illuminatiua secundum Diuum Dionysium.

**R**urgata, & tersa ad modum speculi conscientia, vt supra diximus, tunc iam fit aptior & capacior diuini amoris, vt possit se transferre

secund. Diuum Dionysium. 43  
ferre ad viam illuminatiuam, in qua incipit anima iam suum dilectum cognoscere, in quem propter rubiginem peccatorum suorum aspicere non poterat. Tunc autem anima se interrogat dicens. Quisná est dilectus meus? & ipsa respódebit sibi dicens. Ille, qui tot, & tanta mihi contulit bona, à cuius, si possibile foret, laudibus nunquam cessare deberem, sed ei semper gratias referre. Hanc viam illuminatiuam habuit propheta, cum in Psalmo dicebat. Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt, nominancto eius. Est tamen considerandum, qd non debemus Deum principaliter diligere propter eius beneficia, sed propter suam immensam bonitatem, & propter se ipsam. Nam quemadmodum res non videtur propter lumen tanquam finem, sed tanquam medium, quo clarius videtur: sic via illuminatiua appellatur illuminatiua, qd

Feria secunda

accendit, prouocat, & illuminat hominem ad dilectionem Dei. Vnde dicit Bernardus. Tot bona contulit mihi Deus, q̄ si ea attenderem, & si vnus rusticus mihi ea præstitisset, eum diligerem. Quid igitur rependam summo amatori de suis beneficijs? Reuera gratias referam, & ea quandiu potero recollere non lassabor. Et ne discurras per diuersas materias, & valeas moris diuina considerare beneficia, repetenda sunt hæc, quæ diximus in directorio in meditationibus primæ & tertię.

¶ Capit. XIII. De modo, quem per omnes hebdomadæ ferias ad animæ irradiationē religiosus debet habere in diuinorum beneficiorū recognitione, & pro eis gratiarū actione secundum viam illuminatiuam.

Feria

De beneficio creatiōis. 44



Feria secunda post completorium diligēter cōsidera creationis beneficium, prædicens in vnoquoque sequentium articulorum. Gratias tibi ago summe domine Deus meus, qui perpetua me charitate dilexisti: qui tempore, quo tibi placuit, me creasti vnā creaturarum tuarum nobilissimā, scilicet, hominē. Nō. n. me fecisti lapidē, vel aliquid aliud huiusmodi: qui ex parte corporis dedisti mihi mēbrorū integritatē, cōplexionis bonitatē, sex<sup>9</sup> nobilitatem, liberans me à multis miserijs, faciensque aptum ad tuum seruitium: qui ex parte animæ ad imaginem & similitudinem tuam me fecisti, eam tui capacem atque immortalē faciens, nec non multis naturalibus viribus & potentijs decorans: qui à tēpore conceptionis in vtero matris meæ mihi angelū deputasti custodē,

N 3

qui

Feria secunda

qui mihi innumera conferret beneficia: qui mihi parentes contulisti Christianos, & me Christianum, non Iudzū, non Agarenum, non paganum, vel infidelem fecisti, & in tempore fidei Christianæ.

Itaque ubi hoc recognitionis beneficiorum expleueris exercitium, & secundum hanc viam illuminatiuā gratias egeris, impone finem tuo exercitio, cum ingenti reuerencia adorans, & glorificans Deum, & dices. Deus propitius esto mihi peccatori, & canticū. Benedicite omnia opera domini domino. Vel. Te Deū laudamus. Vel psal. Lauda anima mea dominum, & finito psalmo dices. Sit nomen domini benedictum. Ex hoc, nunc, & vsque in seculum. Dñe exau. orationem. &c. Oremus. Gratias ago tibi domine sancte pater omnipotens æterne Deus, qui me dignatus es in hac die per tuā sanctam misericordiam custodire: concede

de beneficio creationis. 45

cede mihi hanc noctem mundo corde & corpore sic transire, quatenus manet tibi gratum seruitiū exoluere possim, per Christum dominum nostrum. Itaque apponēs circa te studiosam custodiam, quiesce in lecto, & iubilans in corde tuo dic.

Amator ardentissime,  
O Amator meus.

Gloria mea,  
Pater meus,  
Spes mea.

Quando te diligam filiali amore?  
Quando te ex totis visceribus meis amplexabor. Et si hac verba ex viscerali amore iterum & iterum sæpe geminaueris, experiētia discēs, quantum proficies, & ad quem gradum prouerheris, & sic capies somnū, prædictis, vel similibus verbis iubilans.

Attende autem diligenter, q̄ in hoc exercitio viæ illuminatiuæ non est fe-

Feria secunda. De beneficio creat.  
stinanter meditandum, vt totum percur-  
ras: sed in singulis articulis demoran-  
dum, accendens amoris igne animam  
tuam, quousq; in admirationem rediga-  
tur: & si tempus deputatur orationi non  
sufficit, nisi ad meditandum vnū articu-  
lum, non cures de alijs, nisi vt cursim  
eos mente pertranscas, & ita cocludes  
tuum exercitium. Et hæc eadem regu-  
la obseruanda est in omnibus alijs exer-  
citijs. Non enim expedit, vt totum exer-  
citiū meditando festines transcurrere:  
sed si illius primordijs deuotionis,  
vel compunctionis gratia te dñs visita-  
uerit, claudere te intra te ipsum, & manere  
fixus, conseruans in te illam gratiam, & di-  
latans cor tuum in feruidis affectioni-  
bus, & circa hoc expendere totum tempus  
orationi deputatum, nec te per alia di-  
spergas. Si enim vis ulterius procedere,  
siue vt totum expleas exercitiū, vel aliam  
quacūq; causam, continuo gratia deuo-  
tionis vel compunctionis euanescet, nec  
poteris

Feria. 3. De beneficio gratificat. 46  
poteris eam ad nutum reuocare. Et cum  
te amore & deuotione senseris ignitum,  
caue ne in fine exercitij facias prostra-  
tiones, vel accipias disciplinas.

Feria tertia Post completorium de  
beneficio gratificationis.

Gratias ago tibi super summe domi-  
ne Deus meus, qui me dignatus es gra-  
tificare in tuo dilectissimo filio, non par-  
cens ei, sed illum pro me dans.

In { Pretium.

In { Exemplum

In { Socium

Qui dedisti mihi Spiritum sanctum

In { Signum adoptionis

In { Priuilegium dilectionis

In { Anulum desponsationis

Qui dedisti mihi sacramenta. Primum  
dans mihi sanctam ecclesiam in refu-  
gium, vbi saluari possem a diluuitio pecca-  
torum, sicut saluatus fuit Noe in arca.

Pro gratia Baptismali, qua deletur  
originalis culpa.

Resti-

Feria quarta.

Restituitur innocentia.

Confertur iustitia.

Pro sacramēto cōfirmationis, cuius gratiā multi nō sunt adepti, per quod multa mihi contulisti munera, & multa à me remouisti mala.

Qui ad ostendendum me gratificatum, & in tua gratia receptum, me tuo nomine vocasti, scilicet, Christianum, & hoc in tui memoriam, constituens me filium & haredē regni cœlorum. Itaq; hoc exercitio huius feriæ consummato, cætera omnia facies prout dictum est in fine feriæ secundæ, secundum hanc viam illuminatiuam.

Feria quarta post completorium de beneficio vocationis.

Gratias tibi ago super summe domine Deus meus.

Qui post tam innumera beneficia à te recepta, te spreto, per diuersa peccata ad creaturas cōuersum, tam patienter sustulisti, tamq; longanimiter expectasti

de beneficio vocationis. 47

stasti. Neque dānare me voluisti, neq; memori in tali statu permifisti. Qui totiens & tam multipliciter errantem multis modis me reuocasti.

Mo- { Internis inspirationibus,  
dō { Aliorum admonitionibus,  
{ Scripturarū exhortationib⁹ }  
{ Tuorū beneficiorū collationib⁹,  
{ Præmiorum promissionibus,  
{ Suppliciorum cōminationibus. }

¶ Nec non alijs modis plurimis.

Qui dignatus es auferre durtiam mentis meæ, dans virtutem voci meæ, & dans mihi bonam voluntatem, quæ est tuorum donorum præcipuum: & obstacula meæ conuersionis reuocasti.

Qui quotiens ad te volui conuerti, paternaliter ad similitudinem illius filij prodigi euangelici gaudenter me recepisti, tuis amorosis amplexibus me constringens, meque de osculās, ac mihi primam stolam & primum anulum

Feria quinta,

lum restituens. Qui non solum me eduxisti de seculo, sed me adunasti consortio sancto & reformato, & custodisti me à conuentu non reformato, dando mihi pœnitentiæ tempus, quod est valde pretiosum, ac remittens mihi per professionem, quasi per alterum baptisma, vniuersa delicta mea. Post hæc fiant cætera, sicut præmissum fuit in fine feriæ secundæ.

Feria quinta, Post cõpletorium de beneficio iustificationis. Gratias tibi ago super summe domine deus meus, qui dignatus es ita mutare voluntatē meam, vt opera pœnitentiæ, quæ mihi prius amara erant, essent mihi dulcia: & quæ mihi prius sapiebant, essent mihi insipida, dans mihi continentiam, quod valde insigne est donū. Qui dedisti mihi constantiam & perseueratiā, sine qua fieri saluus potest nemo: cum tā multi cœperint, & non perseuerauerint.

De beneficio iustificationis. 38  
rint. Qui ne in profectu lassatus succūberem, mihi mensam, vbi reficerer, & educarer, præparasti: dans mihi sacramentum pretiosissimi corporis & sanguinis tui.

Viaticum peregrinationis  
In Sacramentū communionis  
Sacramentū redemptionis.

Qui, vt plenus possem iustificari, & mundari, mihi vniuersa necessaria subministrasti, dans mihi sacram scripturam, & sanctos libros, velut quoddam speculum, in quo defectus meos valeam cernere, & affectus accendere. Qui dedisti mihi ornamenta, & exercitia virtutum, quibus turpitudinem peccatorum meorum cooperirem: & ne in iustificatione deficerem, vel tepescerem, proposuisti mihi sanctorum exēpla, quibus possem in bono informari, & exercitari. His peractis, facito omnia alia, sicut feria secunda digestimus.

Feria



Feria sexta.

Feria sexta post completorium de beneficio singularis donationis. Gratias tibi ago super summe dñe Deus, meus, qui mihi dedisti.

In bonis natura. { Sensum capacem,  
Memoriam tenacem,  
Fortitudinem. }  
In bonis fortunæ. Pulchritudinem.  
In bonis gratiæ. { Purè credere }  
{ Ardenter imitari. }

Qui alia innumerabilia bona mihi contulisti. Nam

Me { Errantem reduxisti,  
Ignorantem instruxisti,  
Iuculentem erexisti. }

Qui mihi singularem meditandi, & interioris me exercendi gratiam contulisti.

{ Illuminando intellectum,  
Excitando affectum,  
Cooperando effectum. }

Qui non modò meum intellectum docui

Sabb. de benefic. gubernat. 49  
docuisti meditatione, sed quod potius est, affectum meū affecisti gustu & deuotione, & accendisti interna consolatione: dans mihi arram vitæ æternæ.

{ Remoues occasiones ad peccadū,  
Dans vires ad resistendum,  
Sanas affectiones ad permanendū. }

Qui si quando tentatione me superari permisisti, fortiorem me erexisti: præstans virtutem fortius resistendi, & ponens super me manum tuam, ne prorsus frangerer. Vbi hæc compleueris, adde ea quæ supra feria secunda posita sunt.

Sabbato post completorium de beneficio gubernatiōis. Gratias tibi ago super summe dñe Deus meus, qui in hoc esse hæctenus me cōseruasti, dans mihi augmentum quotidianum, præstansq̃ne esse sanum & iucundum: cum ex me nil sim. Qui ab ineunte ætate vsque ad præsentem diem tam feliciter à tot periculis, languoribus, hostib⁹, & ab alijs

Sabb. de benefic. gubernat.  
ab alijs malis pluribus me eripuisti.  
Qui ad meam sustentationem sufficere mihi victum & vestitum prestuisti.  
Qui cætera omnia mihi necessaria ministrasti, dans domum ad manendum cubile ad quiescendum: & non solum mihi necessaria impendisti, sed alia multa iucunda, & vtilia. Qui non solum me gubernasti, sed etiam omnes alias creaturas propter me in suo esse conseruasti, & direxisti, ministrans successiōnem temporum, produciens diuersitatem fructuum ad tollendum fastidium. Qui non modò me rexisti deducens me per prospera, sed etiam per aduersa: in quibus mihi multa impendisti bona, purgādo delicta, augendo merita. Et quod plus est, q̄ semper circa me ita es sollicitè intendens, & intentè sollicitus, ac si vacares à cæteris: & semper mihi es præsens, omnia opera mea prospiciēs. Finito hoc exercitio, addantur cætera, vt in feria. 2.

Die

Die dñica, De benefi. glorifica. 50

Die dominica post cōpletorium de beneficio glorificationis. Gratiās ago tibi super summe domine Deus meus, qui mihi gaudia paradisi promisisti, scilicet, supra me diuinitatis fructuōnem redemptoris & matris eius visionem. O domine quantum gaudium erit mihi videre regem cœlorum in decore suo & dominam meam virginem Mariam totam deificatam, & glorificatam Circa me frui sanctorum societate iucundissima propter eorum qualitatem, sunt enim speciosissimi, nobilissimi, charitate plenissimi, & in numero plurimi. Intra me sola animæ & corporis ratione quadruplicis dotis quæ illud decorabit, immortalitas illud circundabit, atque supra solem fulgebit, Extra me locum amoenissimum, deliciosissimum, & omni, quod delectari potest, refertissimum.

O Scilicet

Dei Dominica,

Scilicet omni-  
    { Odore  
    { Sapore  
    { Canore  
    { Altissimum  
    { Spatiosissimum  
    { Luminosissimum

Qui alia plura gaudia mihi daturus es, vt promisisti. Non enim tatum modo fruatur his, quæ sunt supra me, iuxta me, & intra me: sed etiã his, quæ sunt subtus me, cum prospexero me tam sæuos & terribiles tua gratia & virtute hostes deuicisse, & commissos reatus tua clemẽtia defleuisse, & tam dolorosos cruciatus tua misericordia euasisse.

Propter alia multa bona, quæ mihi impensurus es.

Quæ  
sunt { Tã multa, vt neq̃ant numerari  
    { Tã magna, vt neq̃at mēsurari  
    { Tã pretiosa, vt neq̃at estimari  
Fruar

De beneficio glorificationis. 51

Fruar itaq; amotione omnium malorum, & impletionem omnium desideriorum: omne habens quod cupiam, & nihil habens, quod odiam. Cætera explenda sunt sicut feria secunda.

Aduertendum, quod in qualibet prædictarum considerationũ non cursum, sed morosẽ te debes habere, vt supra meminimus. Rursum vti debes in singulorum recordatiõẽ beneficio rum aliquibus punctis eleuatiuis, ad intellectum eleuandum, & affectum inflammandum, qualia sunt.

O { Summa bonitas.  
    { Altissima æternitas  
    { Incomprehensibilis maiestas.  
O { Ardentissime amator  
    { Suauissime inhabitator  
    { Sanctissime isapor.  
O { Rex præclarissime  
    { Magister sapientissime  
    { Nutritor sufficientissime.  
O 2      Largif.

Die dominica,  
 O **Largissime creditor,**  
 { **Diligentissime custoditor,**  
 Quando tibi domine dignè potero  
 gratias agere pro tot,  
 { **Beneficijs,**  
 { **Donis,**  
 { **Misericordijs.**

Et non tantùm in his exercitijs viz  
 illuminatiuæ huiusmodi pūctis eleua  
 tiuis & affectiuis debes vti: sed etiam  
 in alijs exercitijs.

Vtendum est præterea in conside  
 ratione prædictorū beneficiorum ali  
 quibus sacre scripturæ autoritatibus  
 ad eleuandam mentem aptis, vt est il  
 lud. Benedictio, claritas, sapientia, gra  
 tiarum actio, honor, virtus, & fortitu  
 do Deo nostro in secula seculorum  
 Amen. & illud. Regi autem seculorum  
 immortalis, inuisibili, soli Deo honor,  
 & gloria in secula seculorum. Amen.  
 & illud.

& beneficio glorificationis. § 2  
 & illud. Benedic anima mea Domino,  
 & omnia quæ intra me sunt nomini  
 sancto eius, & alia huiusmodi,

Considerandum, quòd gratiarum  
 actione in alijs quoq; exercitijs vten  
 dū est. Oratio enim si sit perfecta, tres  
 debet habere partes, scilicet.

{ **Culpæ recognitionem,**  
 { **Misericordiæ implorationē,**  
 { **Gratiarum actionem.**

Et à quolibet horū trium potes ora  
 tionem inchoare: non enim necesse  
 est semper incipere à defectuum con  
 sideratione, sed secundum statum ani  
 mæ; scilicet, incipientes à consideratio  
 ne suarum miseriarum: proficiētes ab  
 actione gratiarū. Perfecti verò ab affe  
 ctibus & suspirijs vnitiuus, & amoro  
 sis, descendētes nonnūquam ad suas  
 miseras intuēdas, & ea quæ timorem  
 lagerunt.

Quæ necessaria sunt  
TERTIA PARS.

¶ Cap. XIII. Quid est uia uniti-  
ua, & perfectiua. Et de conditio-  
nibus eius, qui ad eam cupit  
peruenire.

**D**iximus de via illuminati-  
ua, quæ intellectum illu-  
minat: & quomodo mon-  
chus poterit meditando, ad finem o-  
ptatum, qui est adhærere Deo per a-  
morem, pertingere. Tempus est, ut tra-  
ctemus de via unitiua, & perfectiua,  
quæ unit animam cū Deo, & facit eam  
perfectam. Et hoc est secundum doctri-  
nam sanctorum, ut supra dictū est, ad  
veram sapientiā peruenire. Definien-  
tes autem primò viam unitiuam, dici-  
mus quòd est illa, qua quis bene pur-  
gatus, & illuminatus, amorosè unitur  
creatori suo, exultando de perfectio-  
nibus eius, illi soli placere desideras,  
liben-

ad attingendū viam unitiuā. 53  
libenter, & deuotè nūc ipsum magni-  
ficat, nūc laudat, nūc admiratur, to-  
tus languet amore eius, ut possit dice-  
re illud canticorū. Anima mea lique-  
facta est, ut dilectus loquutus est. Et il-  
lud. Fulcite me floribus, stipate me  
malis nunciate dilecto, quia amore  
languo. Et amor iste, quo tuum quæ-  
ris dilectum, debet esse purissimus, sci-  
licet principaliter propter suam boni-  
tatem: secundum illud psalm. Quid e-  
nim mihi est in cælo, & à te quid vo-  
lui super terram? Id est. Ego purè amo-  
te, non propter dona cælorū, aut pro-  
pter dona terrena, sed propter tuam  
summā bonitatē, & propter te ipsum.

Vnde cōsiderandum est, quòd per  
viam unitiuā eleuat homo mētem suā  
in Deū, excludēs omnes vanitates, id  
est, omnia creata, & auertit affectū sui  
amoris ab omni creatura, conuertens  
ad suū creatorē, & proponit sibi illud,

Quæ necessaria sunt

Vidi cuncta, quæ erant sub sole, & ecce vniuersa vanitas. Fac igitur frater, sicut auis in altum se eleuans: & si occurrunt muscæ, non cures, sed pertranseas dicendo, Ad solem tendo, id est, ad Redemptorem meum Christum, qui est verus sol iustitiæ: qui solus est sanctus: solus dominus: solus altissimus: & ideo nolo cor meum circa vanitates terrenas occupare.

Acquiritur autem hæc via per intimam recollectionem ab exterioribus ad interiora, ab infimis ad summa, à temporalibus ad æterna.

Rursum aduertendum, quod ad acquirendam hanc viam, Primò requiritur, quod homo per virtuosam assuefactionem, & gratiam sit in virtutibus radicans: quod nullam delectationem habeat in appetitu vanæ gloriæ, in cupiditate diuitiarum, in concupiscentia oculorum, & gulæ.

Secundò requiritur internum silentium, vt scilicet non occupet se monachus cir-

ca

ad attingendum viam vnitivam. 54  
ca exteriora, quid foris viderit, vel audierit, nihil curando, tanquam in somnis occurrissent.

Tertiò quædam cum Deo amorosa vnitio: vt omnia eius iudicia, omnia facta, omnes doctrinas cum summa reuerentia amplectatur.

Quartò, quod nihil aliud quærat, sed reputet sibi illum dilectum sufficientissimum, superexaltans eum in corde suo, diligat super omne visibile, audibile, cogitabile, & imaginabile quia:

Amabilis.  
Totus } Desiderabilis.  
Fidelis.

Et est aduertendum, quod iste, quem perfectè cupis diligere,

Non } Visibilis,  
est } Audibilis,  
} Odorabilis,  
} Gustabilis,  
} Tangibilis,  
} Sensibilis.

Sed totus }  
desiderabilis }

Scias

Quæ necessaria sunt

Scias quoque, quòd iste, què aman-  
do quærit.

Non est { Terminabilis, } Sed totus  
          { Figurabilis, } defidera-  
          { Numerabilis, } bilis  
          { Circumscribibilis, }  
          { Commutabilis, }  
          { Imaginabilis. }

Uterius cogita, quòd ille, quem di-  
ligis,

Non est { Demonstrabilis, } Sed totus  
          { Diffinibilis, } defidera-  
          { Opinabilis, } bilis.  
          { Aestimabilis, }  
          { Inuestigabilis, }  
          { Intelligibilis. }

Quotò, quòd frequenter ad me-  
moriam reducat diuinas perfectiones,  
& illis intimè congratuletur. Et quan-  
uis Dei perfectiones innumeræ sint,  
tamen communiter tres occurrunt, in  
quibus tuū affectum excitare debes,  
sic dicens.

O Do-

ad attingendum vitam vnitiuā 55  
O Dòmine, & dilecte mi, congratu-  
lor tibi, quia tu es potentissimus: non  
quòd mihi in hoc bene sit, quasi com-  
modum meū principaliter quærens,  
sed quia illa est perfectio tua: quia nul-  
lum times, nullius indiges, nemo te  
superare potest, nemo valet tibi resi-  
stere, nullus dæmon, nullus aduerfa-  
rius. Et de hoc primò gaudeo.

Secundò domine congratulor tibi,  
quia tu es sapientissimus. In te enim  
ipso clarissimè, & limpidissimè intue-  
ris vniuersa, scilicet bona & mala, præ-  
terita, præsentia, & futura, actualia &  
possibilia, temporalia & æterna, mu-  
tabilia immutabiliter, còtingentia in-  
fallibiliter: & hoc totum est perfectio  
nis tuæ: quia sic nullus te decipere po-  
test: quia nihil te latet.

Tertiò congratulor tibi, quia tu es  
summè bonus, hoc est, summæ perfe-  
ctionis: quia immutabiliter es bonus,  
& ita bonus, quòd quicquam te me-  
lius

Quæ necessaria sunt  
lias excogitari non potest, imò neque  
dignius, neque nobilius.

Sextò vtile est incipientem habere  
aliqua puncta, & verba, per quæ expri-  
mat desiderium suum, affabiliter allo-  
quendo dominum in oratione, prout  
diximus in fine viæ illuminatiuæ, &  
dicemus in praxi huius viæ capit. se-  
quenti.

¶ *Capitulum. XV. De ijs, quæ to-  
ta hebdomada post nocturnalem Sy-  
naxin secundum viam unitiuam me-  
ditaturus est deuotus monachus,  
ut sex gradus possit ascende-  
re, quibus anima  
Deo adhe-  
reat.*

Post-

ad attingedū viam vltiuam. 56



Ostquam ad locum ora-  
tionis statutum peruene-  
ris, primò crucis sacro-  
facto vexillo te munies,  
& recolligens spiritum,  
assumes personam filij, vel sponsæ cū  
affectu amoroso, & forma meditatio-  
nem de perfectionibus, & laudibus di-  
uinis, discendo in eis gustare quod  
dulcis est dominus, hoc modo.

Feria secunda, quomodò est fons,  
sive principium & finis omnium re-  
rum.

Feria tertia, quomodò est pulchri-  
tudo vniuersi.

Feria quarta, quomodò est gloria  
mundi.

Feria quinta, quomodò totus est  
charitas.

Feria sexta, quomodò est omnium  
regula.

Sabbato, quomodò est quietissimus  
gubernator.

Domi-



Feria secunda,

Dominica, quomodo est sufficientissimus donator.

**F**eria secunda debes morose cogitare, quomodo Deus est, Alpha & Omega, principium, & finis omnium: de cuius arbitrio omnia tam mortalia, quam immortalia pendent, & qui solus dedit vniuersis esse.

Quomodo ipse est, qui facit, & reficit, creat, atque creata gubernat: cuius idem est posse, quod velle.

Quomodo Deus non potest cogitari non esse: quia si ipse non esset, nihil esset, & etiam quia a nullo alio habet esse: quin potius omne quod est, habet esse ab eo.

Quomodo nulla res est bonitatis suae tam diffusiuæ, sicut ipse: bonum autem quanto communius, tanto melius.

Quomodo nihil est tam citò placibile, desiderabile, delectabile, & amabile sicut ille.

secundum viam vnitivam. 57

Quomodo Deus est causa vniuersalissima omnium rerum, illa scilicet quam Philosophi naturali ratione ducti cognouerunt esse primam causam.

Quomodo ipse est a quo, & in quo & per quem sunt omnia: & qui cœlum & terram implet, & eius virtute omnia subsistunt: & quod est ubique: & quod omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: qui non potest sentiri, neque videri, cum ipse vniuersa sentiat, videat, sciat, & nusquam desit. Cui igitur congratulando summæ bonitatis tui dilecti morose in cordis tui intimis prædicta pertractaueris, forma orationem tuam, suspirijs, & ignitis affectionibus mentem in Deum eleuans, & in corde tuo alloquens dominum, dic amorose.

O domine, tu es amor meus, honor meus, spes mea, refugium meum, vita mea, finis meus, dux meus, eruditor meus, gaudium meum, Non aliud

quæ-

Quo-

Feria secunda

quæro domine, nihil aliud mihi proponatur, nisi tu Deus meus: quia tu es mihi sufficientissimus, tu es pater meus, frater meus, nutritor meus, rector meus, custos meus, qui es

Totus: { Amabilis,  
Desiderabilis,  
Fidelis. }

Quis tam liberalis, qui seipsum det?

Quis tam charitativus, qui pro tam vili peccatore moriatur?

Quis tam humilis, qui maiestatem suam tantum humiliavit?

O dñe, qui nullum despicias, nullum querentem te deseris, nullum horres, sed præuenis eum, & occurras querenti. Deliciæ enim tuæ esse cum filiis hominum. Osculetur. &c.

Quid in me inuenisti, nisi sordes peccatorum? & mecum vis esse usque ad summationem seculi? Nonne satis fuit te pro me impri, & dare tot sacramenta,

& an

secundum viam veritatis. 58

& angelos custodes? Et his semper sum ingratus: sed & tu vis esse meum.

O amantissime pater, tam bonus es, quod te ipsum negare non potes. Faciamus igitur cambium simul. Tu intende mihi, & ego tibi: & sicut scis & vis fac mecum quia tuus, & non alterius esse volo. Da mihi Domine, ut ego tibi soli intendam, te solum diligam tuo semper amore ferueam, nihil aliud cupiam, nisi te, & me totum tibi offeram, & oblatum me aliquatenus repetam.

O ignis me incendens, O charitas me inflammas, O lumen me illuminas, O requies mea, O refrigerium meum, O spes mea, O thesaurus mihi! O vita mea? O amor qui semper ardes, & nunquam extingueris?

O Dñe Iesu Christe rex meus, accende me igne amoris tui, tui desiderij, tuæ charitatis, tuæ lætitiæ, tuæ pacis, tuæ pietatis, tuæ mansuetudinis: ut totus dulcore tui amoris plenus, totali-

P 58

ter compos flammæ tuæ charitatis, te dulcissimum, & speciosissimum dominum meum diligam ex toto corde meo, ex anima mea, ex omnibus viribus meis; ex tota intentione mea, ex tota contritione cordis mei, & lachrymarum compunctione, ex multa reuerentia, tremore, & timore, te semper habens in corde meo, ante oculos meos in omni loco, ita vt in anima mea alicuius priuati amoris non sit accessus, sed transformatus totus in tuum amorem, merear tecum vnus spiritus esse.

Et si quis ignorantia, vel simplicitate nescit se in præfata via exercere, in fidei virtute fundatus, doleat saltem de suis peccatis. Et si nescit in diuinis scripturis meditari, conetur ex toto corde suo Deum amare, in suis orationibus frequentans verba, quæ sequuntur.

O domine, quando te potero ample

xari

plexari certo, & integro amore?

O amator ardentissime, quādo te diligam filiali amore?

Et hoc faciens quantuncunque sit simplex, & illiteratus, ex hoc dolore, & compunctione peccatorum quasi quodam pedum osculo, & ex recordatione diuinorum beneficiorum sicut quodam manuum osculo, ascendet ad osculum oris, scilicet, ad effectum diuini amoris, secundum illud, quod Salomon ait in Canticis in persona Sponsæ, scilicet, deuotæ animæ redemptori suo desponsatæ. Osculetur me osculo oris sui. Et non est putandus superbus, vel præsumptuosus, qui hoc osculum oris petit, cum prius fuerit assuefactus, & exercitatus in osculis pedum, & manuum per compunctionem peccatorum, memoriam diuinorum beneficiorum, vt dictum fuit supra capitulo nono, cum loqueremur de via purgatiua. Et hæc

P 2

suffi

Feria tertia

sufficiant quo ad exercitium feræ secundæ, quod quidem consistit in suspirijs amorosis dilecti.

**F**ERIA tertia veniens ad oratorium, signaculo sacrosanctæ crucis cõsignatus, assume personã filij cū amoroso affectu, & forma meditationes hoc modo. Primò intueri

Quomodo iste tuus dilectus est decor vniuersi, & vniuersa decorauit.

Quomodo est ille, cuius pulchritudinem sol & luna miratur, & in quem angeli desiderant prospicere.

Quomodo ab isto tuo dilecto habent decorẽ pulchritudinis sydera, rosa, lilia, plantæ, & vniuersa creatura.

Quomodo ab illo habent aues decorem suæ melodiæ, Philomenę, Allaudẽ, & omnium auium genera, & organorum.

Quomodo ab illo habent dulcorẽ saporis mel, vinum, & omnia pigmentariorum, & fructuum genera.

Quomo-

secundũ viam vnitivã. 60

Quomodo ille decorauit cœlum syderibus, aërem volucribus, terram animalibus, aquam innumerabiliũ piscium generibus.

Quomodo ipse sustentat omnia: & si suam subtraheret sustentationem, seu conseruationem, omnia in nihilum redigerentur.

Quomodo ipse est fons sapientiæ, à quo emanat omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ. Ille enim est æterna sapientia, attingens à fine vsque ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter.

Quomodo ipse est, qui cœlorum continet thronum, & abyssos intuetur, montes ponderat in statera, terram palmo concludit, & posuit legem aquis, ne transirent terminos suos.

Cum igitur lentè ista super potentia & decore dilecti tui fueris contemplarus, ex intimis cordis formationem amorẽ ignitus, eo modo,

P 3 quo

Feria quarta

quo diximus feria. 2. dicens. O domine, tu es amor meus, honor meus, spes mea, refugium meum. &c.

**F**ERIA quarta ad locum orationis accedens, ubi tibi crucis signaculum impresseris. &c. personam spōse assumens; ingenti amoris affectu forma meditationem modo, qui sequitur.

Inspice

Quomodo iste, quem amando queris, est mundi gloria, quem adorant angeli, adorant archangeli, tremunt potestates, & cui omnia seruiunt.

Quomodo eum iure laudat omnis creatura, & ipse est spes nostra, salus nostra, honor noster, gloria nostra, finis & expectatio nostra.

Quomodo est abundantissimus, nam sua est terra, & plenitudo eius: & gloria & diuitiæ in domo eius. Et quod si honoratur, & diues dicitur qui habet aurum, quantum honorari deberet, qui

fecit

secundum viam unitiuā. 61

fecit aurum, & gemmas, & omnia, quæ sunt in vniuerso.

Quomodo iste tuus dilectus est in comprehensibilis, de eo enim dicitur, Magnus Dominus, & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis.

Quomodo est tantæ excellentiæ, ut suam altissimam celsitudinē nemo possit capere ad plenum, neque angelus, imo neque vlla creatura: quia omnis creatura est finita, dilectus autē tuus infinitus: finiti verò ad infinitum nulla est proportio.

Cumque ista congratulans gloriæ, & diuitijs tui dilecti morosè fueris meditatus, ex præcordijs amore plenis forma orationem ut supra feria secunda dicens, O domine, tu es amor meus. &c.

**F**ERIA quinta ubi ad orationis locum peruenieris, & crucis sanctæ vexillo te insignieris; assumens personam. &c. ut supra, cum ardenti a-

P 4

more

Feria quinta, secundū viā vnti.  
more forma meditationes, hoc modo.

Contemplare,

Quomodo iste, quē diligis, totus est  
charitas, & qui manet in eo, manet in  
charitate. Sicut natura ignis est arde  
re, incēdere, & calefacere: sic proprie  
tas charitatis eius est creare, & se largi  
simē diffundere, ad amorē inflamma  
re, accendere, saluare, redimere, custo  
dire, liberare, illuminare.

Quomodo iste dilectus tuus est lo  
co incircūscriptibilis, & tamē vbique  
est. Nam si ascenderis in cœlum, illic  
est: si descenderis in infernum, adest,  
De illo enim dicit Bernardus, Deus v  
bique regnat, vbique imperat, vbique ma  
iestas eius omnia implet: nam in in  
ferno exercet actum iustitiæ: dicere  
autem in absentia eius hoc fieri, per  
fidia est.

Quomō iste dilectus tuus est mer  
ces sanctorum, iubilus angelorū, spe  
culum omnium sanctorum, expecta  
tio Pa

Feria. 6. secundū viā vntiuā. 62  
tio Patriarcharum, fundamentū Pro  
phetarum, solamen apostolorum, co  
rona martyrum, iubar confessorum,  
gloria virginum.

Cū ergo ista charitati, & magni  
ficentiæ dilecti tui congratulans de  
morando meditatus fueris, ora modo,  
quo supra, dicens. O Domine, tu es a  
mor meus. &c.

**F**ERIA sexta ad oratorium per  
ueniens, postquā te sacræ cru  
cis armis munieris, accipiens per  
sonam, vt supra, cum affectu amoroso  
forma meditationem sic.

Animaduerte,

Quomodo iste, quem cupis arden  
ter diligere, est regula, & exemplar o  
mniū, & quantō res est ei propinquior  
tanto est nobilior.

Quomodo aliqua habent esse so  
lum, aliqua esse & viuere, & sunt no  
bilia prioribus: aliqua esse, viuere,  
& discernere, & sunt secundū naturā

P 5 vtrif.

Feria sexta

utrisque nobiliora: aliqua præter hæc  
habent purum esse & virtuosum esse,  
& sunt ei plus cæteris propinqua.

Quomodo per sincerissimam eius  
bonitatem est in eo.

Omnis { Exemplaritas,  
Virtuositas,  
Cõicabilitas. }

Quomodo iste tuus dilectus est or  
do, siue ordinator vniuersorum: qui  
singula locat secundum statum suum,  
& sua merita sursum, aut deorsum, si-  
cut prudens pictor ponit colores, hic  
rubeum, illic nigrum, ibi fulvum, vt  
decoret opus suum.

Quomodo iste, quem diligere con-  
cupiscis, est perfectissimus, sine omni  
defectu, qui nullius indiget, quia est  
sibi sufficientissimus, quo melius, aut  
dignius, aut nobilius, aut perfectius  
quicquam neq; est, neq; potest excogitari.

Quomodo quisquid est laudabile  
& per-

secundum viam vnitiv. 63  
& perfectionis in creatura in positio,  
hoc est in eo in superlativo.

Vbi autem hæc congratulando exem-  
plaritati, ordinationi, & perfectioni  
tui dilecti demorans fueris contempla-  
tus, affectu amoris igniti forma ora-  
tionem eo modo, quo diximus feria  
secunda, dicas, O domine tu es amor  
meus. &c.

**SABBAT** O vbi accesseris ad locum  
orationi deputatum, consignans te  
sacro sancto signaculo crucis ac assu-  
mens personam vt supra, cum affectu  
amoroso forma sic meditationem.

Conspice primitus

Quomodo iste, quem amas, est quie-  
tissimus, & perpetua mundum ratio-  
ne gubernat, terrarum, coeli que fa-  
tor est, stabilisque manens, dat cuncta  
moueri.

Quomodo est principium, rector,  
dux, semita, & terminus omnium.

Quomodo ipse est finis, & requies  
tran

Sabbato & Dominica

trāquilla pijs, immobilis, & immutabilis, quia ubiq; est, res autē dicitur moueri, quæ tendit ad locum, vbi prius non fuit, immobilis autem, quæ ubiq; est, & non habet quò tendat.

Quomodò est omnium recreator, ipse enim dixit. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Et quòd anima, quæ in suo dilecto radicata est, sicut in suo centro recreatur, & quiescit: quæ verò nõ, multis vanis phantasmatis in quietur, & fatigatur.

Postquàm hæc prædicta diligenter meditando in corde versaueris tuo vt valeas in corde aliquem percipere saporem, congratulans quieti stabilitati, & recreatiuæ virtute tui dilecti, amoroso affectu ora vt supra, dicens, O Domine, tu es amor meus. &c.

**D**OMINICA die oratorium  
Ingressus, & sanctæ crucis vexil-

lo

secund. viam vnitivā.

64

lo munitus, assumensque personam filij, vel sponsæ, cū amoris affectu forma isto modo meditationem tuam.

Primò cogita

Quomodo iste, quem amās desideras, est sufficientissimus: & qui eum possidet, omnia possidet: & qui eum non habet, mendicus est, & pauper: quia quicquid præter eum est, non reficit, & si reficit, non sufficit: & si ad tempus sufficit, non tamen in perpetuum satiat, quin ampliùs quærat. Qui autem eum habet, saturatus est, quia secum finem suum habet, & non est aliud quod quærat. Dignus planè est morte, qui tibi domine Iesu recusat viuere, & mortuus est. Et qui tibi non sapit, desipit. Et qui curat esse nisi propter te, pro nihilo est, & nihil est.

Cogita.

Quomodo iste tuus dilectus est su-

per.

Omne



Dominica

Visibile,  
Audibile,  
Gustabile.

Omne Odorabile,  
Tangibile,  
Sensibile.

Quomodo est altior, quia super

Terminabile,  
Figurabile,  
Numerabile,

Omne Circumscriptibile,  
Commutable,  
Imaginabile.

Quomodo est altissimus, est enim  
super.

Demonstrabile,  
Diffinibile,  
Opinabile,

Omne Inuestigabile,  
Aestimabile,  
Intelligibile.

Est tamen totus amabilis, maximè  
laudabilis, & summè desiderabilis.

Quomo-

secund. viam vnitiuam. 65

Quomodo iste tuus dilectus est thesaurus fidelis. Et vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. Quicquid tibi auferatur, si ille in te permanferit, sufficit tibi. Nam ille est illud vnum, quod dixit Marthæ esse necessarium.

Quomodo ille est summa contentia nostra. Et si totus mundus nos reprobat, si ille nos approbat, sufficit nobis. Desiderium enim nostrum ipse est, & nostra sufficientia.

Quomodo est vita, à qua habent vere omnia, in quo nos mouemur, viuimus, & sumus, de illo enim dicitur? Ex ipso, & p ipsum, & in ipso sunt oia.

Quomodo dilectus tuus dicitur Christus, id est, vnctus. Nam est talis vnctio, & falsa, quæ apposita vnicuique rei mundi, facit ipsam sapidam.

Quomodo in electis est sapor gratiæ, in damnatis sapor iustitiæ, & vindex iniquitatum.

Quomodo iste tuus dilectus est creator,

Dñica secundū viam vntiuam. ¶  
creator, gubernator, redemptor, iusti-  
ficator, retribuor, & glorificator.

Exultans igitur in meditatione ha-  
rum perfectionum dilecti tui, & eis cō  
gratulans, liquefiat anima tua, & in  
pace in id ipsum dormiat, & requie-  
scat, & dicat, Nolite fuscitare dilectā,  
donec ipsa velit, & prorumpā in eius  
laudibus. Et si dignè eum laudare ne-  
queam, de eo tamen non silebo, cūm  
solūm de eo gaudeam. Ille enim est  
dulcissimus sapor: & qui eum gustat,  
victus ab eius sapore, mori poterit  
præ amore. Tu solus amans vnice di-  
lecte mi pulcherrime. Vbi, quæso, vis  
manere? Vbi vis te quæram, qui to-  
tus sapor es, & dulcedo? O dulcis ho-  
spes animæ, esto hospes meus, & ego te  
cum sine fine.

Cūque ista congratulans sufficiē  
tiæ, & fideli thesauro vitæ, & vntio-  
ni tui dilecti morosè meditatus fue-  
ris, ex intimis suspirijs, & desiderijs  
forma

Contra desides In exer. spiri. 66  
forma orationem, prout diximus fe-  
ria secunda, dicens, O domine tu es a-  
mor meus. &c.

¶ Capit. XVI. & ultimum, ostendit  
multipliciter, quā vituperādus  
sit, qui desidia deserit præ  
dicta exercitia.



Anctus Abbas Effrem  
in tractatu de contem-  
platione, durè repre-  
hendit eos, qui diuinis  
seruitijs dedicati, & ad  
tantam religionē vocati, quibus do-  
minus tantam quietē, & opportunita-  
tem ad vacandum spiritualibus exer-  
citijs, & ad hærendum Deo per oratio-  
nis, & contemplationis studium con-  
tulit, inutilibus occupationibus incu-  
ria, negligentia, & torpore nō curant  
in eis exerceri. Aduersus quos tales

adducit

Contra ex defidia de ferentes  
adducit rationes.

Prima, quia isti non obediunt Dei  
præcepto, quod ait, Vacate, & videte quoniam  
ego sum Deus. Per hoc nobis in  
finuans, quia circa hoc debemus nos  
singulariter intendere occupari, & con-  
templari, scilicet, quoniam ipse est Deus  
& Dominus, qui summè diligendus  
est. Si igitur religiosus huiusmodi exer-  
citia spernit, clarè patet eum esse in-  
obedientem, & præmemorati præcep-  
ti transgressorem.

Secunda est, quia ex hoc apparet,  
quod religiosus modicum diligit Deum,  
& minus, quam quancūq; aliam rem,  
non implendo quæ ad suum habitum,  
& religionem pertinent. Et cum Dei  
specialis amicus, & cultor nominetur,  
& sacram scripturam, quæ est imago  
Dei, iugiter legat, vel audiat, & diu-  
num decantet officium, quod est cum  
Deo loqui, & quod hæc omnia non sen-  
tat monachus, magnum indicium est,  
quod

exercitia determinata. 67

quod modicum diligit Deum, & modicam  
partem habet cum eo. Unde bonum  
fuisse ei, si ad religionem non venisset.

Tertia est, eo quod quæto isti tepidius,  
& negligentius Deum colunt, tanto  
sunt minus certi de eius gratia: & quia  
eum non requirunt, non ostendit eis  
aliquid amoris signum. Unde accidit,  
ad eorum confusionem, quod sæpe quibus-  
dam in seculo manentibus, & simplici-  
bus, & idiotis maiora ostendat amoris  
insignia, quia fidelius, & diligentius  
eum colunt, diligunt, & quæruunt.

Quarta ratio est, quia qui huiusmo-  
di sunt, per magna indicia manifestat  
in se parum boni esse, qui in altiori sta-  
tu positi, pigriores, frigidiores, inuti-  
liores, & in deuotiores sunt his, qui in  
minori statu sunt constituti. Et ideo me-  
rito a Domino repelluntur, despiciuntur,  
& in aliorum in humiliori statu de-  
gentium scandalum dantur.

Quinta, quia dedit eis maiorem op-  
portu-

Contra ex desidia de serentes  
portunitatē ad bene viuendum, quā  
cæteris omnibus, & eos à laboribus ho-  
minum elongauit, vt possent ei vaca-  
re. Et quia tempus ad Deo vacandum  
eis impēsum, viuentes delicatē, segni-  
ter, & negligenter expendunt, non est  
mirum, si eis dominus non dat senti-  
mētum sui, neque sui amoris gustum.


Sexta est, quia Deus constituit eos  
medios inter seipsum, & populum, &  
vult vt comedāt peccata populi, quod  
& faciunt. Et hoc non obstante, ipsi  
non satagunt adhærere Deo per assi-  
duam orationem, cōtemplationem, &  
bonorum operū exercitationē. Unde  
fit, vt per hunc contemptum, eum pro-  
uocent contra seipsum: & sic indignos  
seipsum reddūt, vt sint mediatores in-  
ter Deum, & populum, & ad recipien-  
dum emolumenta, quæ ob hoc eis à  
populo impenduntur.

Septima ratio, propter quam ora-  
tionis, & contemplationis exercitia re-  
ligiosis

exercitia determinata. 68  
ligiosis sunt magis necessaria est, quia  
eos faciunt in tentationibus fortio-  
res, & à peccatis elongatiores, & alio-  
rum exemplaria, & iustiores, & ad cor-  
rigendum peccata aliorum feruentio-  
res. Et propter omnes prædictas ratio-  
nes hortatur præfatus sanctus Pater,  
vt religiosus, nisi sit occupatus ratio-  
ne obedientiæ, relictis omnibus, se tra-  
dat exercitijs orationis, & contempla-  
tionis. Itaque propter vitandam proli-  
xitatem prætermittimus hîc plura alia  
documenta, quæ ad hanc materiam  
adduci potuissent.

¶ Finis tractatus, qui dicitur,  
Exercitatorium ui-  
tæ spiritua-  
lis.

Q 3



# DIRECTO rium Hora- rum Canoni- carum.

**I**ncipit tractatus qui-  
dam dictus directorium horarum cano-  
nicarum. In quo religiosus instruitur  
qualiter se ad nocturnalem syna-  
xim præparare debeat in illo puncto  
siue horæ quadrante ante vigiliarum  
inchoatione & quomodo se debet ha-  
bere tam in nocturna quàm in diurna  
psalmodia: vt valeat esse attentus, &  
mentem in Deum eleuare. Et quid me-  
ditandum est in illa temporis morula,  
qua post nocturnæ & diurnæ synaxis  
expletionem genua flectimus.

Directorium horarum canonic.

¶ *Cap. primum quòd religiosus  
magnoperè debet esse solli  
citus circa diuinum  
officium.*



**I**N secundo libro para  
pomenon cap. 26. scri  
bitur. Filij mei nolite ne  
gligere vos: elegit domi  
nus vt stetis coram eo: &  
ministretis illi, colatisque eum. Quia  
igitur deus elegit religiosum in suum  
ministrum vt colat & seruiat ei: oportet  
vt sciat qualiter ei seruiendum est.  
Nā vt ait Gerson nihil ita primò & p̄  
cipuè cōuenit religioso sicut dignè &  
studiosè cultum explere diuinum, id  
est horas canonicas, quas pater & dux  
noster Benedictus in regula opus dei  
nuncupat, maximè cum præcipuum  
religiosi officium prout dicit beatus  
Hieronymus sit diuinis laudibus va  
care offerèdo ei hymnos psalmos ora  
tionet

Præparationes ante vig. 2  
tiones & sacrificia & per hoc popu  
lum Deo reconciliare sua & proximo  
rum deslendo peccata. Vnde oportet  
monachum vigilanter ac diligenter  
studere, vt seruitutis suæ p̄sum dignè  
valeat exoluere: ne illa eum Hieremię  
prophetę formidanda comprehendat  
maledictio. Hier. 48. Maledictus ho  
mo qui opus Dei facit negligenter.

¶ *Capitulum secundum quàm neces  
sarium sit religioso se ante uigi  
lias præparatum reddere  
ad diuinũ officium  
perfoluèdum*



**I**Egitur in Ecclesiastico.  
18. Ante orationem præ  
para animam tuam: &  
noli esse quasi homo qui  
tentat Deum. Legitur  
præterea in collatione abbatis Isaac  
quòd quales cupimus in oratione in  
ueniri

### Præparationes ante vigiliis.

ueniri: tales ante eâ oportet nos præparari. Scribitur quoque in libro qui dicitur speculum monachorum. Stude excitare cor tuum aliqua deuotione præueniens horâ canonicâ quam dicturus est. Sume tibi exemplum a paupere: qui cum vult eleemosynâ ab aliquo diuite exposcere: studet eum præuenire: cogitans quibus verbis ad impendendam optatam eleemosynam valeat eum flectere. Inspice quoque aliquem mortis reum antequam cõta eum feratur sententia, quam studiose nititur cogitare antequam sistatur iudicis tribunalibus: quid poterit per orare cum ei astiterit: quod eum valeat ad misericordiam inclinare. Similiter seruus Dei antequam appareat in conspectu diuinæ maiestatis sollicitè considerare habet quomodo & quibus verbis eius misericordiam possit flectere. Grandis igitur fratres & temeraria audacia est absq; vlla præparatione

### Prima præparatio.

3

ratione ad tantâ accedere maiestati: Omnis quippe tam diurni q̃ nocturni diuini officij fructus consistit in præuia præparatione secundum quod dicit propheta. Præparationem cordis mei audiuit auris tua. Et nulla potest esse perfecta oratio, quam meditatio non præuenit vt ait Hugo in tractatu de oratione. Et Gerson in tractatu de mystica Theologia admonet vt religiosus prætermisissis cæteris ad canonicas horas dicendas se disponat. Itaq; dilectissimi fratres non sit nobis molestum vno horæ puncto ante vigiliis a lectulis surgere: cum omne earum meritum consistat in præparatione. Et venundemus Deo illam temporis morulam: & experiemur quam abundanter retribuet nobis. Et vt in hac præparatione aliquem teneamus modum & non sit nobis vanum surgere ante lucem: tangemus hic breuiter tres præparationis modos.

Cap.

Prima præparatio.

¶ *Cap. tertium de tribus præparatio-  
num modis ad diuinum officiũ per-  
agendum, & specialiter quomodo  
se religiosus ad uigilias de-  
beat præparare.*



Ilectissimi fratres descri-  
bunt sancti tres præparatio-  
nis modos, scilicet præpa-  
rationem.

{ Remotam { quæ } sanctè viuèdo  
{ Propinquã { cõsi } Profundè cõ-  
{ Proximam { stit i } siderando  
( Feruenter orando.

**P**rima est generalis. Et hãc exple-  
mus benè & sanctè viuèdo. s. vt no-  
bis semper caueamus ab omni vanita-  
te tam in cogitationibus q̃ in uerbisq̃  
in actibus, & studeamus assiduè vt cor  
nostrum diligenter custodiatur & tẽ-  
pus utiliter expendatur: & operum in-  
tentio finaliter in Deum dirigatur ne  
cor nostrum tempore orationis uan-  
nis

Prima præparatio.

nis phantasmatis impediatur. Et si  
quando uanis se cogitationibus sense-  
rit infestari, debet aliquantulum lege-  
re ante orationẽ, & conetur ad ea quæ  
legit applicare mentẽ suã, & materia  
lectionis debet esse talis, vt ferat opem  
ad purè orandum.

**S**ecũda præparatio dicitur propin-  
qua & specialis, quæ fienda est in  
illo quadrante ante inchoationem vi-  
giliarum hoc modo. Postq̃ igitur exur-  
gentes de cubilibus fuerimus induti:  
manebimus in cellis, & stantes erecti  
supra pedes in loco ubi quisq; orare  
cõsueuit, debemus nos p̃ uiribus intra  
nosmetipsos recolligere, & sic recolle-  
cti debemus mox cõsiderare quid est  
quod sumus acturi, & p̃pter quid surre-  
ximus à lecto: qui enim nõ considerat  
quod acturus est, in cautus incedit in o-  
peribus suis. Quid. n. fratres acturi su-  
mus tempore diuini officij nisi appare-  
re in



Secunda præparatiō.

re in cōspectu Dei & sanctorū angelo-  
rū in cōcilio iustorum & sanctorū fra-  
trum. Vnde tria oportet nos diligen-  
ter considerare, scilicet q̄ tendimus.

Ad { Deum adorandum  
Deo gratias agendum  
Deum orandum.

¶ Primò tendimus ad Deum adoran-  
dum trinum in personis & vnum in  
essentia adoratione latræ super iudi-  
cia iustificationis suæ. Iudicia autem  
iustificationis eius fratres intelligere  
debemus incarnationem filij sui vni-  
geniti redēptoris nostri, natiuitatem,  
circumcisionem, regibus manifestatio-  
nem, in templo præsentationem, & de-  
nique suam sanctissimam passionem,  
resurrectionē, & cætera alia, quæ glo-  
riosus dominus propter nostram redē-  
ptionē super terrā operari dignatus  
est. Et dicuntur iudicia diuinæ iustifica-  
tionis: quia per ea redempti sumus &  
iustificati. Hoc est igitur primū quod  
ni 57 post

Secunda præparatiō. 5

postq̄ a lectulis cōsurrexerimus vt di-  
ctum est cum summa diligentia & de-  
uotione debem⁹ cōsiderare. Et in his  
iudicijs exhortantur nos sancti debe-  
re adorare, benedicere, laudare, & ma-  
gnificare dominum: accipiendo ea si-  
cut obiecta in vigilijs, sicut infra dice-  
tur in officio vigiliarum.

¶ Secundum quod cōsiderandum est  
cum ad officium diuinū concurrimus:  
est quòd tendimus ad impendendum  
gratias deo & eum laudandum pro re-  
ceptis beneficijs: eaque tanquàm obie-  
cta in diurnis horis intueri, vt expone-  
tur in prima & tertia.

¶ Tertia quòd a nobis est aduer-  
tendum est quòd tendimus orare immen-  
sam Dei clementiam pro nobis ipsis &  
pro vniuersis ecclesiæ statibus accipie-  
do personam singulorum, vt explica-  
bitur in sexta & nona.

¶ Inuitat autem nos ad prædicta: si  
attendimus quòd nihil Deo est. Ado-

Ado-

Secunda præparatio.

Adorari dignius

Laudari rationabilius

Magis necessarium & vtilius

¶ His cum ingenti deuotione mente pertractatis: oportet vt mox nosmet ipsos circumspeciamus: an vt decet sumus dispositi apparere in Dei præsentia: ad quem habere sermonem tendimus, in psalmis enim alternatim nobis loquitur deus, nosq; loquimur ei. ¶ Ad hanc dispositionem requiruntur, tria, scilicet.

mentis { Purificatio  
Recollectio  
Affectatio

¶ Debemus primò habere mentem purificatam ab omni mortali peccato, vt ante diuinam præsentiam dignè apparere valeamus. Secundò recollectam ab omni distractione, vt diuinum officium attentè dicere queamus. Tertio affectatâ aliquo deuotionis affectu: vt excuso torpore reuerè

ter ca.

Tertia præparatio.

6

ter canere possimus, vt in sequenti præparatione apparebit clariùs.

Tertia præparatio quæ dicitur proxima consistit in orationis frequentia: nihil enim prodest humana industria nisi ad sit diuina gratia. Post prædictorum igitur consideratione flexis genibus suppliciter exoremus dominum: vt cõcedat nobis quatenus sup iudicia iustificationis eius ipsum dignè queamus adorare, & pensum seruitutis nostræ deuotæ valeamus exolvere. Cunque auribus nostris cymbalũ maius insonare cõperit: surgemus ab oratione dicentes hæc verba. Hoc signũ magni regis est: eamus, & inquiramus eũ, & offeramus ei aurũ, thus, & myrrham.

Aurum deuotionis,

Thus deuotæ attentionis,

Myrrhã fortis & reuerèter statiois.

¶ Et sic pergemus ad oratorium cantantes in cordibus nostris cum ingen-

R ulq.

Tertia preparatio.

ti lætitia cantica iubilationis dicentes iterum. Ecce venit ad templum sanctum suum dominator dominus, gaudet & lætare syon occurrens Deo tuo. Ecce anima mea Deus vniuersæ terre: & ideo in conspectu suæ immensæ maiestatis psalle sapienter. His igitur & alijs similibus verbis seraphicis oportet monachum mentem excitare, & se totum in Deum leuare. Ingredientes autem chorum aspergentes nos ipsos aqua benedicta dicemus. Asperges me domine &c. concipientes generalem de culpis leuibus contritionem. Et in ipso ingressu dicemus quoque. Introibo in domum tuam. Dicatur totus versus. Nosque profundè inclinantes mentis oculos in eucharistiæ sacramentum figentes: atque dominum Deum nostrum cum summa reuerentia adorantes adiungemus, Adoramus te Christe & benedicimus tibi &c. Et sequatur continuo. Deus meus es tu

& con-

Tertia preparatio. 7

& confitebor tibi, deus meus es tu & exaltabo te, tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, te iure laudant, te adorant, te glorificant omnes creaturæ tuæ. Et hæc adoratio dicitur patriæ quæ est quædam species honoris quæ soli Deo debetur. Et sic vnusquisque nostrum in loco suo stans clausis oculis & attracto spiritu: formabit intentionem in corde suo dicens. In conspectu angelorum psallam tibi, ad laudem & gloriam & gratiarum actionem summam & indiuiduam trinitatis & humanitatis Iesu Christi: & in vnione omnium super feruentissimarum affectionum & orationum domini mei Iesu Christi olim in terris & nunc in dextera Dei patris pro nobis interpellantis: & in intellectu quæ intendit spiritus sanctus: & in veneratione beatissimæ virginis Mariæ & istius sancti, cuius hodie memoriam celebramus, & omnium sanctorum, pro salute quoque

R 2 vniuer

### Tertia præparatio.

vniuersalis ecclesiæ desidero has exoluere laudes, vtinam possem dignas. Et scitote fratres quòd hæc intètionis formatio post prædictorum sollicitam considerationem est magnæ virtutis; illa enim exhibet vniuerso vigiliarû officio vim merédi, vt beatus Ambrosius & alij sancti testantur. Et adhuc si ex infirmitate in vigiliarum processu mens inaduertèter ad alia distrahitur: excusat nos à reatu distractionis, quia totum refertur ad primâ intentionem sicut præmissum est formatam, & ideo oratio semper est meritoria nisi aduertenter distrahatur, & nõ curet quantû in se est mentem distractam reuocare. ¶ Et hæc sint quo ad præparationem quâ monachus debet facere ante vigiliâs: in præmemorato horæ puncto: si cupit spiritualiter proficere, & eius obsequium acceptum esse Deo, & tota die erit deuotus & iucundus, & ad diuinum officium promptus.

¶ Per

### Tertia præparatio. 8

¶ Per horas diurnas breuiter postq̃ in prædictis fuerit assuefactus: poterit considerare quòd tendit apparere coram domino vt adoret eum eique gratias agat atque deprecetur eum vt supra diximus. Et quotiès ingressus fuerit oratorium: totiens aqua benedicta aspergatur dicès vt supra. Adoramus te Christe &c. adiiciens. Deus meus es tu &c. Et stâs in loco suo in illa mola qua genuflectitur: formet in tètio nem: & attracto & recollecto spiritu tractet mentaliter præmissa, scilicet. In conspectu angelorum. &c.

*Capitulum quartû quomodo poterit deuotus religiosus in psalmodia esse attentus, & mente in*

*Deum eleuari*

**D**ilectissime fratres sancti in psalmodia varios describunt attentionis modos. Sed quia hac nostra ætate homines sunt

R 3

rudis

Meditatio in principio vigiliarū.  
 sunt rudis intellectus : & in diuinis  
 rebus parum eruditi : rari possunt ad  
 sensus spirituales quos sancti descri-  
 bunt pertingere. Et ideo ex omnibus  
 modis quos sancti doctores ponunt v-  
 num decreui mediocrem eligere, & se-  
 cundum hunc totum diuinum offi-  
 cium quod ad nostram psalmodiam di-  
 sponere: vt quicumque quantuncunq;  
 rudis ipsum valeat capere & in ipso  
 exerceri.

¶ Trina oratio.

¶ Primò igitur præmissa trina oratio  
 ne vel mentali præparatione : firmi-  
 ter debemus credere nos esse in præ-  
 sentia Dei : & conari vt simus ibi re-  
 uerenter attentè & deuotè, & ac si ef-  
 femus angeli Dei in cælo ante thro-  
 num diuinæ maiestatis in medio illo-  
 rum nosmetipsos præsentare. Cum au-  
 tem qui præsidet, facit signum : cogi-  
 tare debemus nos à Deo vocari : vt  
 ad habendum colloquia cum eo præ-  
 paremur.

Meditatio in principio vig. 9  
 paremur. Et quia indigni sumus : ipsum  
 supplicamus vt nos reddat dignos di-  
 centes in exordio vigiliarum. Deus

in adiutorium  
 Deus in adiutorium meum intede.  
 adijcentes ter  
 Domine labia Domine labia  
 mea aperies.

Dñe quid multipli. Et eos meū an-  
 nunciabit lau-

dè tuā. Et dñe quid multiplicati sunt  
 qui tribulant me. In quibus supplici-  
 ter petimus lōgè à nobis fieri vniuer-  
 sa hostiū impedimenta, quatenus di-  
 gnè & reuerenter dominū super iudi-  
 cia iustificationis eius adorare, lauda-  
 re & magnificare possimus, vt in supe-  
 rioribus dictū est. Sequitur deinceps

Inuitatorium, in quo  
 Inuitatorium cogitandi sunt angeli  
 adesse & nobis alloqui  
 inuitando nos : vt vnā cum eis domi-  
 num adoremus & laudemus. Et sunt

Meditatio in principio vig.  
deuotè ruminandi omnes versus hu-  
ius psalmi. Venite exul-  
Hymnus temus domino &c.

Statim subditur Hymnus,  
qui est quidam modus laudis: quam  
Deo offerimus collaudantes diuinam  
præsentiam, eiq; congratulantes. Sub  
sequuntur psalmi primi nocturni, in  
quibus oportet monachum mentem  
stabilire in aliquo certo loco & certas  
disponere stationes: ne huc & illuc ya-  
gus discurrat. Et in quantum poterit ap-  
plicet sensum psalmi his quæ in illo as-  
signato loco fiunt: & sic prosequatur  
totum vigiliarum officium collocando om-  
nes earundem psalmos in iuncturis qua-  
tuor digitorum læuæ interioribus &  
exterioribus hoc modo. Ponat un-  
guem pollicis in prima iunctura in  
interioribus digitorum dexterae & in  
exterioribus digitorum dexterae: & in ea collo-  
cet pri-

Primus ps. mum psalmum, quem dicens  
meditari debet aduentum

Annunciat. angeli Nazareth ac si cer-  
neret

Meditatio in principio vig. 10  
neret venientem angelum ad domum:  
culam dominæ nostræ & dicentem.  
Aue gratia. &c. cum angelo multitu-  
dinem angelorum psallentium, cum  
quibus & ipse cantet primum psalmum:  
applicans pro posse cum his quæ ibi  
geruntur, scilicet, mysterio incarnatio-  
nis filij Dei.

¶ Primo finito psalmo: ponat unguem  
pollicis in secunda iunctura indicis  
aptans mentem suam ciuitati Bethleem  
& intueatur natum infantem positum  
in præsepio & angelos &  
Secundus ps pastores canentes, & cum  
Natiuitas eis cantet ipse secundum  
psalmum ad aptans vt di-  
ctum est sensum eius ad ea quæ illic  
aguntur, & sic procedat per omnes  
læuæ iuncturas, vt si mens vagare cœ-  
perit, ungue tangens iuncturam, re-  
uocet eam ad debitam meditatio-  
nem.

¶ Tercius ps. Ter-

Stationes primi nocturni.

¶ Tertius psalmus cantandus est circuncisioni domini applicando iuxta præmissa cū Circuncisio mysterijs ibi gestis. s. materiali circuncisioni per quā nostra spiritualis significatur. Et impositioni nominis Iesu: quod interpretetur saluator: & effusioni sui pretiosi sanguinis & doloribus & lacrymis &c. Quartum psalm. Quartus ps cāta cum regibus qui uenerunt ad adorādū regē regum regū adaptans eum &c. Quintus ps Quintum concine psalm. Præsentatio mum cū Symeone & Anna Sextus psal. na in præsentatione pueri Iesu in tēplo. Sextum Fuga dñi in cū dña nostra & Ioseph Ægyptum in Ægypto: in amissione dñi in templo: in baptismo deserto & transfiguratione. Et sic finitur primus nocturnus. Sedens autem in subsellio attende ad sensum lectionum & responsoriorum.

Stationes secundi nocturni. 11  
sponsorium cum dicuntur, & transfigurare cum domino in monte.

Sequitur secundus nocturnus: in quo debemus facere alias sex stationes. Primā ad ingressum domini in die palmarū in ciuitatem Hierusalem. Et confidens diligēter quæ ibi aguntur: quomodo dñs flet super asinam: & ibi una cū uniuersis illis turbis cōcine primū psalmum secundi nocturni qui in ordine psalmodiæ septimus est: aptando illum ad propositum ut diximus. Secundus psalmus concinendus est cum apostolis in cœna. Et attende diligenter quæ ibi aguntur. Tertius psalmus est cantandus orante domino in horto cum Michael archangelo & alijs angelis ibi stantibus.

Quar

Stationes secundi nocturni.

mum Annæ Quartum psalmum concine ab horto vsq; ad do  
vndecim. psalmum Annæ cum beato  
In domo Ioanne cernens eum tri  
Annæ hi captum & vinctum.  
Quintum in domo Annæ  
In domo vbi fuit colaphis & alapis  
Cayphæ cæsus. Sextum in domo  
Cayphæ vbi fuit vultu ve  
Duodecim. latus & iuris linitus. Et  
psalmus. sic est finis secundi noctur  
ni. Cùm dicuntur lectio  
nes, visita dominum in carcere: habent  
do tamen attentionem ad lectiones &  
responsorias.

**S**equitur tertius nocturnus: qui cõ  
tinet tria cãtica, quorum primum  
concines cum dominus deducitur i  
domo Cayphæ in do  
primũ cãtic. mum Pilati. Secundum  
In domo Pi- cum de domo Pilati ad  
lati. Herodem. Tertium ve  
Scãm cãtic. rò cũ reducitur ad He  
rode

Stationes secundi nocturni. 12

A Pilato ad rode ad Pilatum. Et dum  
Herodem. dicitur Homilia intueret  
Tertiũ cãt. dominum flagellari &  
Ad Hero. ad spinis coronari. Et post  
Pilati. duodecimum responso  
Homilia rium contemplare quo  
Flagellatio modo educit dominum  
& coronat. foras flagellatum & spi  
nis coronatum & osten  
dunt eum populo dicentes. Ecce ho  
mo, & pro eorũ blasphem  
Ecce homo mijs concine tu Te Deũ  
Te Deum laudamus. Post hæc aspi  
Sententia ce quomodo sistitur do  
Euãgelium minus Pilato: vt audiat  
sententiam quæ per Euan  
gelium significatur, quod attentè de  
bes audire. Si autem fuerit dies feria  
lis: stationes quæ fiunt in canticis: &  
in Te Deum laudamus: sunt facien  
dæ in Pater noster. & Ave Maria. quæ  
dicuntur in principio laudũ & in psal  
mis. Deus misereatur nostri: & Mife  
rere



Stationes tertij noctur. & in laud.  
 & Misere mei Deus: ita vt psalmus  
 Misere mei. finiatur extra ciuitatē  
 vbi dominus crucem deposuit, & in  
 psalmis sequentibus facies stationes  
 secundum quod dicitur in laudibus  
 festorum.

**P** Salmi laudum sunt canendi cum  
 stationibus quæ sequuntur.

**D**ens misereat { Cum post latā sen-  
 tentiam iustus est  
 reuerti ad locum  
 vbi fuit flagellatus: vt se proprijs in-  
 dueret vestimentis

**D**ñs regnavit { Cum educitur de  
 domo Pilati baiu-  
 lans sibi crucem  
 vsque ad portam ciuitatis.

**I**ubilate { A porta ciuitatis vsque ad  
 montem Caluarie.

**D**eus deus me<sup>9</sup> { Cum exiit tuni-  
 ca & cruce in terra  
 positæ supinus as-

figitur

DEUS.

Benedi-

Forma adorandi. 13

**Benedicite** ( Cum subleuatur de ter-  
 ra pendens in cruce.

**Laudate** { Cum de cruce de-  
 ponitur in matris  
 gremio & in sepul-  
 chro.

**Cap. & resp.** ( Cum descendit ad lim-  
 bum sanctorum patrum

**Hymnus** ( Ad gaudium quo gaudi-  
 si sunt sancti patres in  
 eius visione.

**Benedictus** { Cum sanctis patri-  
 bus de sua libera-  
 tione ei gratias agē-  
 tibus.

**Pater nō. & oꝛo.** { Significat reuio-  
 nem animæ & cor-  
 poris dominici in  
 sepulchro.

**Aue stella** { Significat primam  
 apparitionem do-  
 mini factam matri-  
 sue & dominæ nostræ,

Ethic

### Forma adorandi.

Et hinc finiuntur laudes. Et hoc modo mens nostra inueniet se circa Deum semper occupatam fuisse, eum adorasse, benedixisse, laudasse, & glorificasse, & pro nostris necessitatibus orasse. Hæc enim tria in singulis canonicis horis explemus Deum super iudicia iustificationis eius adorantes: & de suis beneficijs ei gratias agentes: & pro nobis ipsis & pro vniuerso populo Dei exorantes: quanuis specialiter in nocturno officio iudicia diuinæ iustificationis assumimus tanquam obiecta. In diurno verò status ecclesie & beneficia à Deo recepta. Oportet igitur nos in omni opere Dei, & cunctis horis canonicis esse attentos: ut cum sensus psalmi vel versuum eius ad adorandum aut gratias agendum vel exorandum nos inuitat, adoremus, gratias agamus & exoremus. Et quia nonnulli formam adorandi gratias agendi & orandi in psalmis ignorant:

### Forma adorandi.

14

rant: ideo hic est subscribenda.

### ¶ Forma adorandi.

¶ Adoratio his verbis non tam vocaliter quam mentaliter est facienda.

¶ O super summe domine anima mea te adorat super iudicia iustificationis tuæ in tuo dilectissimo filio expleta. His igitur vel similibus verbis in psalmis dominus est à nobis adorandus.

### Forma actionis gratiarum.

¶ Gratia hoc modo agenda sunt.

O super summe domine anima mea tibi offert gratias & laudes de ardentissimo amore tuo: quo me ante mundi constitutionem amasti, prædestinasti, creasti, redemisti, Christianum fecisti, conuertisti, de seculo eduxisti. Et per hunc modum præmissa verba ad agendas gratias pro quocunque beneficio poterunt aptari.

S

¶ Forma

Forma gr̄as agēdi & or̄a. inter ps.

¶ Forma orandi inter psalmos.

¶ Orationem inter psalmodiam per hunc modum formare poterimus pro nobis ipsi aut pro sancta ecclesia vel pro peccatoribus seu pro parentibus aut pro benefactoribus viuis & defunctis vel quouis alio statu. Primo igitur in primo vigiliarum psalmo quasi in fine eius sic poterimus orare dicentes mentaliter & raptim.

¶ O domine per tuam sanctam incarnationem propitius esto mihi peccatori, vel libera me de tali tentatione, vel fac me humilem aut castum seu patientem. Vel concede mihi tuam gratiam vel gloriam. Vel dicendo. O domine propitius esto ecclesie tue vel peccatoribus aut animabus defunctorum, &c. In secundo psalmo sic est orandum.

¶ O domine per sanctam natiuitatem tuam propitius esto mihi peccatori, vt supra. Vel per tuam sanctam circuncisionem

Gr̄arū actio. in. r. & 3. p. oēs fer. 15  
cisionem aut regibus manifestationem aut in templo presentationem, vel per fugam in Aegyptum, vel per tuas sanctas lachrymas quibus ciuitatem ingrediens Hierusalem lachrymatus es largire mihi contritionem & lachrymarum compunctionem. Vel per tuam sanctam cœnam. Et sic poterit monachus per totam psalmodiam orare tam profequam pro vniuersis ecclesie statibus formans diuersos affectus secundum diuersitatem causarum vel necessitatum.

¶ Capitulum quintum, quem modum debet habere monachus in prima tertia per totam hebdomadam assumendo tanquam obitum

Et beneficia diuina secundum ferias

S 2 Feria

Gratiarū actio. in 1. & 3. per oēs fer.

Feria secunda	}	
Feria tertia		
Feria quarta	}	Beneficium
Feria quinta		
Feria sexta	}	
Sabbato		
Dominica	}	
Creationis		
Gratificationis	}	Donationis
Vocationis.		
Iustificationis)	}	Gubernationis
	}	Glorificationis

Quodlibet istorum beneficiorum distinguitur in sex articulos: quorū tres aptantur ad primam, & tres ad tertiam secundum senarium numerum psal-morum, qui ad prædictas horas dicuntur. Unde singuli psalmi sex canendi sunt ad singulos articulos: referendo domino gratias hoc modo.

Oratio.

**G**RATIAS tibi ago super summe domine Deus meus de tali beneficio. Hymnos ad primam tertiam & sex

Gratiarū actio. 1. in 3. p. oēs fer. 16  
& sextam per totam hebdomadam concine congratulans diuinæ præsentia.

¶ Feria secunda.

**F**eria secunda considera beneficiū creationis.

Ad primam	}	Prædestinauit
Gratias		
agens dño	}	Creauit
qui te		
Ad tertiam	}	Corpus donauit
	}	Animam contulit
	}	Custodem angelum
	}	tribuit.

(Parentes christianos dedit  
¶ Feria secunda.

¶ Ab æterno te prædestinauit, & perpetua charitate dilexit, & semper circa te sollicitus fuit.

¶ Creauit te tempore quo ei placuit, & te inter suas nobilissimas creaturas, scilicet, homines constituit, & noluit te condere lapidem aut tale aliquid.

Gratias actio. in. 1. & 3. per oēs

**I**mpendit tibi corpus cum membro-  
rum integritate, cōplexionis bonita-  
te & sexus nobilitate: à multis te mi-  
serijs eruens; & ad ei seruiendum tea-  
ptum faciens.

¶ Feria secunda ad tertiam,

**T**ribuit tibi animam: creans eam  
ad imaginem & similitudinem suam:  
condendo eam sui capacem & immor-  
talem; & adornando multis viribus &  
potentijs.

¶ Dedit tibi angelum custodem à tua  
conceptionis hora in utero matris tue  
qui te custodiret; & multis beneficijs  
donaret.

¶ Largitus est parentes christianos ex  
quibus nascereris christianus: non a-  
garens aut indeus vel infidelis & in  
tempore fidei christianæ.

¶ Feria tertia.

**F**eria tertia ad primam & tertiam  
considerare debes beneficium gra-  
tificationis eodem ordine quem feria

sequitur

2

secun-

hebdomadæ ferias. 17

secunda disposuimus.

Ad primam { Gratificauit,  
Gratias { Spm̄ sanctū dedit,  
agens domi { Sacramēta impēdit. }  
no qui te { Baptismo abluuit,  
Ad tertiam { Confirmatione ro- }  
borauit. }

(Christianum fecit.

¶ Feria tertia ad primam

**G**ratificauit te in suo dilectissi-  
mo filio non parcens ei: sed cum tibi  
largiens in pretium, exemplum & so-  
cium.

¶ Dedit tibi spiritum sanctum in si-  
gnum adoptionis & in priuilegium di-  
lectionis & in annulum desponsatio-  
nis: sua tibi communicans dona fru-  
ctus & sanctas inspirationes.

**I**mpendit tibi sacramenta & primò  
sanctam ecclesiam in refugium vbi à  
diluuiò peccatorum sicut Noe in ar-  
ca à diluuiò aquarum posses saluus  
feri.

S 4 FERIA

Gratiarũ actio in .1. & .3. per oēs

Feria tertia ad tertiam

¶ Abluit te baptisate, in quo tibi indulsit originale culpam, restituit innocentiam, vestiuit suam iustitiam.

¶ Roborauit te sacramento confirmationis: quo multi caruere, quo te multis donauit muneribus & eruit a malis pluribus.

¶ Fecit te Christianum: vocans te suo nomine ad ostendendum te gratificatum & in sua gratia acceptum, & hoc tibi nomen imposuit in sui memoriam: constituens te filium Dei & heredem regni celorum.

Feria quarta.

**F**eria quarta debes ad primam & tertiam considerare beneficium vocationis eodem ordine quo feria secunda

Ad primam { Sustulit

Gratias { Reuocauit

agens deo { Bona voluntate donauit

mino

hebdomadæ ferias:

18

mino qui te { Recepti  
Ad tertiam { De seculo eduxit  
{ In loco reformato constituit

Feria quarta ad primam.

¶ Patienter te sustulit: licet post tanta recepta beneficia a Deo auersus & per diuersa scelera ad creaturas conuersus: & diutius expectauit & te dare noluit neque in tali statu mori permisit.

¶ Te multipharijs modis oberrantem tam sepe reuocauit modo, per internas inspirationes, aliquando per aliorum admonitiones, quandoque per sacre scripturæ exhortationes, non nunquam per suorum beneficiorum largitiones, interdum per suppliciorum & æternorum gaudiorum ostensiones, & per alios modos plures.

¶ Te bona voluntate: quæ suorum munerum est precipuum donauit: mentis tuæ furtiuitate dignanter confringendo, vocem virtutis voci suæ impedendo: conuersionis tuæ

S 5 obstacula

Grarū actio in .1. & .3. per oēs  
obstacula longè repellendo.

Feria quarta ad tertiam.

¶ Quotiens ad eum conuerti voluisti paternaliter instar illius filij prodigi euangelici cum gaudio te recepit amplexando & deosculando & primam stolam & annulum tibi restituendo.

¶ Præter hoc q̄ te pœnitentem recepit: de seculo te eduxit, sicut Loth de Sodomis & Abraham de Chaldeis, & Noe de diluuiō.

¶ In loco reformato te posuit: coniungens te conuentui sanctè & regulariter degentium & custodiens à conuentu malignantium, donauit quoque tibi tempus pœnitendi, quod est valde præciosum, & per professionem quasi per alterum baptismam remissionē omnium præteritorum peccaminum cōcessit.

¶ Feria quinta.

Feria

25 hebdomadæ fer. 19

Feria quinta debes considerare beneficium iustificationis ordine quo supra.

Ad primam	}	Volūtatē mutauit
Agens		Perseuerantiā dedit
gratias dño	}	Spem contulit
qui tibi		Euacharistiam tribuit
Ad tertiam	}	Scripturas exhibuit
		Ornamenta virtutum tradidit

¶ Feria quinta ad primam.

¶ Mutauit tuam voluntatem: vt opera pœnitentiæ, quæ tibi prius erant amara, fierent dulcia, & quæ prius erant dulcia efficerentur amara: dando tibi peccandi continentiam, quod est insignè donum.

¶ Dedit tibi perseuerantiam & constantiam sine qua nemo potest saluus fieri: cum multi qui incœperunt, non perseuerauerint.

gratiam

Grarū actio in. 1. & 3. per oēs

Feria quinta ad tertiam.

¶ Tribuit tibi sacramentum altaris: parando in conspectu tuo mensam: ubi refectioem sumens & sustentari posses ne deficeres in profectu, donauit tibi sacramentum sui pretiosi corporis & sanguinis in viaticum huius peregrinationis, & in sacramentum communionis, & in sacrificium redemptionis.

¶ Exhibuit tibi sacras scripturas tanquam speculum ubi tuos defectus valeas contemplari, affectus valeant inflammari: & magis ac magis possis purgari & iustificari.

¶ Tradidit ornamenta & exercitia virtutum: quibus fœditatem tuorum peccaminum operires. Et ne in iustificationes deficeres & tepesceres: sanctos tibi in exempla contulit quibus & instruaris & accendaris.

Feria sexta.

Feria

hebdomadæ fer.

20

Feria sexta in prima & tertia considerare debes beneficium donationis ordine quo supra feria secunda: agens gratias domino qui

Ad primam { Insignia dona præbuit  
Tibi { Alia plura bona adhibuit  
{ Gram meditandi exhibuit  
Ad tertiam { Inflammavit  
Te { A peccato custodiuit  
{ Iacentem erexit.

Feria sexta ad primam.

¶ Præbuit tibi insignia dona: naturæ: præbens tibi sensum ad capiendum, & memoriam ad retinendum fortunæ, scilicet, fortitudinem & pulchritudinem. Gratia, purè credere & ardentè, imitari.

¶ Alia multa bona adhibuit: te reducens aberrantem, te instruens ignorantem, te erigens iacentem.

¶ Gratiam meditandi, & in interioribus te exercendi exhibuit intellectum erudiendo, affectum accendendo, effectum

ctum



Gratiarū actio in. 1. & 3. per oēs  
fectum coagendo.

Feria sexta ad tertiam.

¶ Inflammavit tuum affectum: Nam  
non modo intellectum illustravit me-  
ditatione: sed quod plus est affectum  
affecit gustu & deuotione & inflam-  
mavit interna consolatione dando ti-  
bi arrham vitæ eternæ.

A peccato te custodiuit: propul-  
sans causas ad delinquendum, præstās  
virtutem ad resistendum, sanans af-  
fectiones aut permanendum.

Te iacentem erexit. Et si aliquan-  
do te tentatione superari permisit: te  
fortiorem surgere fecit: vires ad for-  
tius resistendum impendendo, & ne  
frangereris manum suam super te im-  
ponendo:

Sabbato.

**S**abbato ad primam & ad tertiam  
debes considerare beneficium gu-  
bernationis ordine quo supra agens  
gratias domino: qui

Te

hebdomadæ ferias.

21

Te { In esse conseruauit }

{ A multis malis præ-

Ad primam { seruauit. }

(Necessarijs sustentauit.

Tibi { Alia administrauit, }

{ In esse alias creatu-

Ad tertiam { ras seruauit. }

(Regédo & gubernando intendit

Sabbato ad primam.

Conseruauit te in esse dans tibi au-  
gmentum quotidianum & esse: iucun-  
dum & sanum: cum ex te sis nihilum.

Te à cunabilis vsque ad præsen-  
tem diem præseruauit à tantis pericu-  
lis, langoribus, hostibus & alijs malis  
pluribus.

Necessarijs te sustentauit, præstās  
tibi sufficienter victum & vestitū quo-  
tidianum. Sabbato ad tertiam.

¶ Sumministravit tibi omnia alia ne-  
cessaria, impendens domum ad ma-  
nendum & lectum ad quiescendum  
&c. Et non modo largitus est ne-  
cessaria

Gratiarū actio in. 1. & 3. per oēs  
cessaria: sed & multa alia vtilia & iucun-  
dā.

¶ Conseruauit inesse propter te ca-  
teras creaturas ministrans successio-  
nem temporum & producens diuersi-  
tatem fructuum ad tollendum fasti-  
dium.

¶ Te rexit & gubernauit: deducens  
te non solum per prospera: sed etiam  
per aduersa: in quibus complura tibi  
contulit. bona purgando delicta &  
augendo merita. Et quod potius est  
quod semper circa te ita est sollicitē  
intendens & intentē sollicitus ac si  
aliorum non esset ei cura. Et semper  
est tibi præsens omnia opera tua pro-  
spiciens.

Dominica die.

**D**ie Dominica ad primam & ter-  
tiam debes considerare benefi-  
cium glorificationis ordine quo su-  
pra feria secunda: agens gratias domi-  
no de beneficijs glorificationis.

Ad primam

hebdomadæ fer.

22

Ad primam }  
Quæ sunt }  
          }    Supra te  
          }    Iuxta te  
          }    Intra te  
Ad tertiam }  
              }    Extra te  
              }    Subtus te  
              }    Circum te

Die dominica ad primā.

¶ Gaudia paradisi tibi promisit: su-  
pra te diuinitatis fruitionem redem-  
ptoris nostri & eius gloriosæ matris  
uisionem. Considera igitur quā grā  
de erit gaudium videre regem cælo-  
rum in decore suo & dominā nostram  
virginem Mariam totam deificatam &  
glorificatam.

¶ Iuxta te fruiturus es sanctorum so-  
cietate iucundissima propter eorum  
qualitatem, sunt enim speciosissimi,  
nobilissimi, charitate plenissimi, & in  
numero plurimi.

Intra te: propter glorificationem ani-

T    ma &

Grarū actio in .1. & .3. per totius  
me & corporis ratioe quadruplicis do  
tis qua adornabitur & vestietur im  
mortalitate & præ sole fulgebit. Die  
dominica ad tertiam.

Extra te præbiturus est tibi locum  
amoenissimum, deliciosissimū, omni  
quod delectare potest refertissimum.  
Sordoribus, suauitaribus, canoribus,  
melodijs, & diuersis harmonijs, altissi  
mum, latissimum, lucidissimum.

Subtus te alia plura gaudia tibi lar  
giturus est. Non enim solum his quæ  
supra te sunt fruiturus es, sed etiā quæ  
subtus te sunt, cum perspexeris te tan  
sauros & terribiles diuinā virtute ho  
stes deuicisse, & commissos reatus Dei  
clementia defleuisse & tam doloro  
sos cruciatus Dei misericordia eua  
sisse.

Circum te alia multa bona est ti  
bi exhibiturus, quæ sunt tam multa  
vt nequeant numerari, tam magna, vt  
ne-

hebdomadæ ferias. 23

nequeant mensurari, tam pretiosa: vt  
nequeant æstimari: itaque fruiturus  
es amotione omnium malorum & im  
pletionem omnium desideriorum: om  
ne habens quod cupias: & nihil ha  
bens quod odias.

Vtilitas gratiarum actiones pro  
beneficijs.

**H**Actenus dilectissimi fratres  
per totius hebdomadæ ferias  
in prima & tertia Dei beneficia retu  
limus: ne quis valeat se excusare di  
cens se ignorare pro acceptis benefi  
cijs gratias agere, cum inter cuncta  
religiosi exercitia hoc sit præcipuum:  
vt gratias agens de receptis, fiat di  
gnus recipiendis. Quia enim sumus  
in grati, ideo tantam virtutum & di  
uinorum donorum & præcipue diui  
ni amoris patimur inopiam. Nullatenus  
quippe perfecto amore deo valemus  
aptari: nisi per assiduam suorum  
beneficiorum considerationem, nam

T 2 isti sunt

Grarū actio in. 1. & 3. per totius  
 isti sunt funiculi: quibus trahimur ap-  
 tamur & adhæremus Deo secundum  
 quod ipse per prophetam Osee testa-  
 tur dicens. Traham eos in funiculis  
 Adam. Et qui status fratres funiculi  
 Adam nisi diuinorum munerum iugis  
 ruminatio vt Liconiensis & Bonauen-  
 tura dicunt? Ingenter igitur nobis in  
 sudandum est: vt in præmissis exerci-  
 tijs assiduè nos ipsos exercendi peri-  
 tiam habeamus, & proculdubio ex-  
 periemur animas nostras diuinitus il-  
 luminari & inflammari, quia vt beatus  
 Augustin. dicit: nihil nos ita ad Dei in-  
 flammamorem: sicut crebra diuino  
 rum beneficiorum recordatio.

¶ *Capitulum sextum quem modum  
 tenere debet religiosus in sexta &  
 nona.*

Quem

hebdomadæ fer. 24



Quemadmodum supra di-  
 ximus nõ solum pro no-  
 bis ipsi, sed pro toto mû-  
 do orare, & totis pietatis  
 visceribus supplicare de-  
 bemus dominum, quatenus suã digne-  
 tur inclinare misericordiã ad omnes  
 creaturas: pro quibus princeps glorię  
 Christus redemptor noster pati digna-  
 tus est, vt. s. ad agnitionem veritatis  
 suę catholicę fidei trahatur siue Chri-  
 stiani siue Iudæi siue alij in fideles, &  
 nõ priuentur illo beatorũ consortio fe-  
 licissimo & careant illa beatifica diui-  
 nitatis visione: ad cuius contemplatio-  
 nem & fruitionem rationales creatu-  
 ræ fuerunt conditæ. Pro quibus quo-  
 que & sanguinis Christi pretiosus the-  
 saurus fuit effusus in cruce. Præcipuè  
 tamè diuinã arctamur p populo chri-  
 stiano supplicare maiestaté sicut nos  
 docet Hier: propheta: cū vidēs popu-  
 lum suum per iniquũ regem Nabucho-

T 3 donosor

Oro p eccles. statibus. ad. 6. & 9.  
 donosor male tractari & captiuum in  
 Babyloné trahi dolés aiebat, q̄s dabit  
 capiti meo aquam & oculis meis fon-  
 tem lachrymarum: & plorabo die ac  
 nocte interfectos populi mei. Quis  
 est Nabuchodonosor iniquus rex fra-  
 tres nisi diabolus qui trahit captiuas  
 animas populi christiani in Babylo-  
 nem: hoc est in infernum? Et quis est  
 Hieremias nisi anima deuoti religio-  
 si Deo per amorem cōglutinata: quæ  
 ante deum astans spiritu pietatis deli-  
 bura ex intimis compassionis visceri-  
 bus die ac nocte plangere & preces  
 fundere non desistit pro interfectis  
 populi sui? Debemus igitur fratres in  
 sexta & nona affectuosæ cuiuslibet sta-  
 tus ecclesiæ personam sumere orâtes:  
 vt ad memoriam reuocemus illa septé  
 verba quæ redemptor noster anxiety  
 te plenus in cruce protulit: poscentes  
 pro reuerentia cuiusq; illorum verbo-  
 rû a diuina maiestate illud q̄ cuiuslibet  
 septem

Oro pro eccles. stat. ad. 6. & 9. 25  
 septé statuû personarû est necessariû.

Primum	Septem verba.	Septem Status.
Secundum	Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt	Inimicis christianis Saracenis, Iudeis & alijs infidelibus.
Tertium	Mulier ecce filius tuus, & discipulo.	Parentibus
Quartum	Eccc mater tua.	Benefactoribus
Quintum	Hodie mecum eris in parafiso.)	Deus meus Deus meus vt quid de- relinquisti me
Sexum	(Sitis) existentibus in peccato mortali. (Consummaturum est) Iustis.	Tentatis Afflictis Captiuis

T 4      Septi.

Oratio ꝑ ecclef. stat. ad. 6. & 9.

Septimum { Pater in manus tuas  
commendo spiritum  
meum  
(Infirmis & in mortis agonia  
laborantibus.

Ad sextam per totam hebdomadam.  
**C**oncine primum psalmum repre-  
sentando primū verbum scilicet.  
Pater dimitte illis, nō enim sciūt quod  
faciunt. Ora pro christianis inimicis,  
agarenis, Iudæis & alijs infidelibus:  
conciens in corde tuo vt ad cog-  
nitionem veritatis perueniant, ne illa  
æterna beatitudine priuentur. Et affe-  
ctu pietatis forma orationem dicens.  
O pijsissime domine per istud primum  
verbum quod in cruce pendens pro-  
tulisti miserere omnium istarum ani-  
marum.

**C**oncine secūdam psalmū in per-  
sona omnium consanguineorum  
representans secundum verbū quod  
in cru-

Oro ꝑ ecclef. stat. ad. 6. & 9. 26  
in cruce dominus ꝑtulit, scilicet, Mu-  
lier, Ecce filius tuus, & discipulo, Ec-  
ce mater tua. Et formato sic orationē.  
O domine per istud verbū propitius  
esto nostris consanguineis.

**T**ertium cane psalmum in persona  
benefactorum: representans ter-  
tiū verbum quod dominus dixit ad la-  
tronem. s. Hodie mecum eris in para-  
diso. Orationem autem sic formabis.  
O domine per virtutem istius sacri ver-  
bi tantæ misericordiæ miserere bene-  
factorum nostrorum.

Ad nonam per totam hebdomadam.  
**H**ymnus est concinendus in per-  
sona omnium tentatorum, affli-  
ctorum, & captiuorum ad representā-  
dum quartum verbum: scilicet, Deus  
meus Deus meus, vt quid dereliquisti  
me? Oratio autem sic est formanda.  
O domine per virtutem huius verbi  
subuenire dignare afflictis omnibus  
& tentatis atque captiuis.

T 5

Conci-

Oro pro eccles. statib. ad. 6. & 9.

**C**oncine primum psalmū in persona omnium in mortali peccato persistentium : representans quintum Christi verbum in cruce pendentis, scilicet, Sitio, salutem videlicet animarum. Et formetur per hunc modum oratio. O domine per virtutem huius sacrosancti verbi miserere cunctorum in mortali consistentiū crimine & trahere eos ad veram pœnitentiam.

**S**ecundus psalmus in persona vniuersorum iustorum est cantandus ad insinuandum sextum verbum Christi, scilicet, Consummatum est, videlicet omne quod prophetarum fuerat sup iudicia iustificationis patris mei. Orationem verò forma hoc modo: O domine per hoc sacrosanctum verbū cōserua vniuersqs iustos in actibus veræ iustitiæ.

**P**salmus tertius canēdus est in persona ægrotantiū & in agone mortis laborantium. Et per eum representatur

De vesp. & cōple. totius heb. 27  
sentatur septimū Christi verbū quod in cruce protulit, scilicet, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et est hoc modo formanda oratio. O domine per hoc sacrum verbum misere omnium infirmantium, & recipe animas eorum qui in mortis laborant agonia.

### ¶ Capitulum septimum de Vesperis.



**D**e vesperorum officium sollicitius debet se religiosus præparare: vt offerat domine sacrificium vespertinum. Et matutinarum & vigiliarum repetita præparatione: cum fuerit in oratorio in loco suo attracto spiritu: ascendat mente cælum: præsentans te ante thronū diuinæ maiestatis & multitudinis angelorum & omnium sanctorum in circuitu throni psallentium: & quasi inter

De vesp. & cōplet. totius hebdomadae.  
ter eos cum summa sit reuerentia lau-  
dans Deum.

Concinat psal. { Primum  
                          { Secundum  
                          { Tertium  
Cantet { Quartum  
          { Cap. & Respon.  
          { Hymnum  
cum { Angelis  
          { Patriarchis  
          { Prophētis  
cum { Apostolis  
          { Martyribus  
          { Confessoribus  
Concinat { Ma-  
                  { gni-  
                  { ficat }

Concinat Pater nost. & collectam)  
(In persona ecclesiae militantis.

Ver. quinq; { Primos cum domina  
                  { nostra. Secundos cum  
                  { virginibus

Capitulum

Ad Completorium. 28

¶ Cap. octauum de Completorio.



Nter horas canonicas diurnas vltima est completorium, & quemadmodum hic est terminus diei & operum vite actiuae: ita deuotus religiosus illis expletis transire debet ad contemplationem & ab exterioribus ad inferiora. Et ideo in principio completorij praemitimus. Conuerte nos Deus &c. rogantes dominum vt couertat nos ab actione ad contemplationem.

**P**Salle primum psalmum cum spsal. primum vniuersis sanctis patribus in persona animarum in purgatorio luentium: representans dominum ad limbum descendentem. Est autem sic orandum. O domine per tuum sacrosanctum descensum ad limbum misere omnia animarum in purgatorio commanentium,

Psal-



Ad Completorium.

**P**salms secundus est psal- P<sup>sal.</sup>ij.  
lendus in persona sanctæ  
ecclesiæ: representans redemptorem  
nostrum in monte oliuarum in die a-  
scensionis cum domina nostra & toto  
illo sacro collegio eiusdem ecclesiæ ty-  
pum gerente. Et orabis sic. O domine  
per tuam sanctam Ascensionem mise-  
rere ecclesiæ tuæ ordinum & graduū  
eius.

**T**ertium concine psalmū P<sup>sal.</sup>ij.  
& totum completorij re-  
fiduum in persona totius nostræ con-  
gregationis cum domina nostra & cū  
apostolis & discipulis & sanctis mulie-  
ribus in cœnaculo ad insinuandum ad-  
uentum Spiritus sancti. Ora verò hoc  
modo. O domine per aduentum Spi-  
ritus sancti miserere huius nostræ con-  
gregationis: & dignare in nobis eius-  
dem sancti Spiritus gratiam & dona  
diffundere: vt ipse nos semper guber-  
net & regat.

Con-

Oblatio horarum.

29

**C**onclusio huius operis.  
**D**iximus hæctenus de representa-  
tionibus deuotis & obiectis ad  
quæ in singulis psalmis diuini officij  
debet religiosus respicere. Nam sicut  
præmissum est multum confert vt at-  
tenti simus & deuoti mentem in ali-  
quo certo loco stabilire. His obiectis  
vsunt sancti in psalmodia diuersimo-  
de. Nam quidam habuerunt respec-  
tum ad horas dñicæ passionis. Alij  
ad vitam redemptoris nostri per totā  
hebdomadā, vt ostendit Bonauentu-  
ra in suo libro de contemplatione vi-  
tæ Christi. Nonnulli ad euangeliū lite-  
raliter vt scribit Gerson in suo mona-  
tesserō. Quidam alij ad diuina bene-  
ficia. Et quia non omnia conueniunt  
omnibus: secundum capacitatem hu-  
ius nostri temporis ex omnibus præ-  
missis excerptimus illa quæ melius  
& minori fastidio valent exercitari.  
Vnde qui dignus cytharista cupit es-  
se do-

Oblatio horarum.

se domini: nondum supra positum obferuet diligenter. Quod si egerit: secura conscientia poterit apparere super distractionibus in officio diuino habitis ante diuinam clementiam: faciens quod in se est, nam absque mentis distractione Deo cantare angelicum est non humanum officium. Et vt parum eruditi intelligant quid nomine obiecti significatur: dicimus quod in presenti obiectum dicitur quæcunq; materia deuota quæ presentatur intellectui, vt vita domini, Dei beneficia, status diuersi personarum: vt supra patuit.

¶ *Capitulum nonum quomodo sunt horæ canonicæ terminandæ: & quid meditari debet bonus monachus in illa morula, in qua post singulas horas canonicas in oratorio flectit genua.*

Dixi-

Oblatio horarum. 30



**D**iximus ecce de horis canonicis quantum ad ingressum & quantum ad progressum: videndum est modò de eisdem quantum ad ingressum. Legitur quippe in Ecclesiaste. Melior est finis orationis quam principium. Hoc dicit quia omnis laus in fine canitur. Nam opus cuius finis bonus est, ipsum quoq; bonum est. Non igitur fratres decet vt finita hora canonica, de oratorio mox egredi festinemus. Valde enim hoc sancti reprehendunt, quini mo expleto penso seruitutis nostræ debito mēs nostra sollicita sit ex intimis præcordijs dominum exorare, quatenus seruitium nostrum gratum habere dignetur, & humili corde

Veniam petere  
Gratias agere  
Sacrificium offerre.

V

Primò

Oblatio horarum.

**P**rimò consideret si habuerit attentionem deuotionem & reuerentiã, & de eo in quo se cognouerit defecisse, exposcat sibi à domino indulgentiam: vt nostra humilitas orationis suppleat imperfectionem deuotionis & dicat corde contrito illa publicani quique verba. Deus propitius esto mihi peccatori, sunt enim ingentis virtutis & admirandæ deuotionis. Si autem tantam efficaciam habuerunt, vt publicanum deo reconciliarent: debemus fiducia habere q̄ pro negligētis quas in diuino officio inulti committimus: valebunt satisfacere Et ea dicentes peccatorum tondere instar illius publicani non negligamus.

**S**ecundò curet gratias domino agere qui dignatus est nos ad suas laudes admittere & in nobis suam gratiã & consolationem diffunderẽ & prestare fiduciam exauditionis.

Tertiò

Oblatio horarum.

31

**T**ertiò studeat offerre sacrificium vigiliarum & matutinorum & ceterarum horarum canonicarum quod summè necessarium est: ne aues cœli, scilicet, dæmones & vanę cogitationes venientes rapiant semen diuini verbi in agro cordis nostri tempore psalmodiæ seminatum, quod scilicet, diuinum semen confestim oratione est abscondendum. Vnde scitote fratres quodlibet bonum opus esse per orationem semper Deo offerendum, vt semen deificum semper maneat in corde, & spiritualis fructus crescat in actionem: vt sic deo grata, & nobis & toti ecclesiæ proficua. Et hæc oblatio post consummationẽ diuini operis nequaquam est prætermittenda, vt dignetur in nobis dominus conseruare, quod nobis bonum dignatus est præstare. Et fienda est per manus sanctorum quorum agimus festa & præcipuè dominæ nostræ, & dicatur sic.

V 2

Susci

Oblatio horarum.

¶ Suscipe domine Deus meus, precibus & meritis gloriosissimæ virginis Mariæ & omnium sanctorum tuorum singulariter angelorum vel apostolorum vel talis sancti cuius hodie memoriam agimus obsequium seruitutis meæ. Et si quid his laudibus dignû egi, clemens respice, & quod negligētius actum est, propitius ignosce. Per Christum dñm no. Vel sic.

¶ Consummatum est sacrificium matutinum vel vespertinum, suscipe illud domine per intercessionem beatissimæ virginis Mariæ & istius sancti, cuius hodie memoriam celebramus & omnium sanctorum tuorum ad laudem & gloriam nominis tui & salutem animarum nostrarum & omnium christianorum, & requiæ defunctorum. Per Christum dominû nostrum. Post horas autem reliquas sic est oblationis. Consummatû est sacrificium laudis, suscipe illud &c. Et ita nos ipsos in

Exponit Gloria patr. 32

fos in eadem semper conseruare deuotione & morum grauitate post orationem debemus, ac si tunc ab oratione discederemus, aptantes mentem ad solita exercitia, vel ad ea quæ in superioribus tractauimus, morosius ea ruminando.

¶ *Capitulum decimum quid contemplandum est: cum in fine psalmodi canitur Gloria patri.*

Vniuersa Dei Beneficia secundâ Bonauentura sunt.

Vel	{	Naturæ	
	{	Gratiæ	
	{	Super eminentiæ	
Bona	{	Naturæ	}
	{	Gratiæ	
	{	Super eminentiæ	
Sunt	{	Creationis	
dona	{	Iustificatiōis	
	{	Redemptiōis.	

V 5

Ista

Exponitur Gloria patri.

¶ Ista autem tria munera pretiosissima tribuuntur tribus diuinis personis.

{ Patri  
Filio } Attribuitur  
Spiritu sancto }

{ Creatio  
Redemptio }  
Iustificatio }

¶ Quoties ergo psallimus Gloria patri: totiens memores simus horum trium munerum sic dicentes.

Gloria { Patri, qui cum non essem,  
me creauit  
Filio, qui cum perditus essem, me redemit  
Spiritu sancto: qui cum essem filius iræ, me iustificauit.

Vel generaliter loquendo

Gloria { Patri, qui omnia creauit  
Filio, qui totum mundum redemit.

(Spiritu sancto, qui omnes sanctos iustificauit.

Tanta

Epilogus huius operis 33

¶ Tanta & talis gloria propter hæc omnia & eorum quodque sit ei pariter: quanta erat in principio: cum eum laudarent astra matutina, & quanta est nunc & semper & per discursum presentis vitæ ei dabitur ab vniuersali ecclesia: & quanta in secula seculorum ei erit ab vniuersis cæli conciuibus in patria, qui tanta mihi largitus est bona. Amen.



Explicitum est directorium horarum canonicarum ad honorem & gloriam Dei & super gloriosæ genitricis eius & dominæ nostræ virginis Mariæ. Deo gratias.

A M E N.



Tractatus iste

in summa continet quatuor partes principales.

V 4 præ-

Epilogus huius operis.

Præparationes ante diuinum officium

Adorationes ad vigilias matutinas, & vesperos.

Gratiarum actiones ad primam & tertiam.

Orationes ad sextam, nonam, & completorium.

¶ Præparationes sunt tres.

Remota

Propinqua

Proxima.

quæ consistit

In sanctè viuendo

In profundè considerando

Inferuenter orando

¶ Sancta vita consistit

In Cordis nostri peruigili obseruatione

Temporis fructuosa expensione

(Nostrorum operum recta intentione.

¶ Debemus autem profundè considerare quòd tendimus.

Ad

Epilogus huius operis.

Ad Deum adorandum

Deo gratias agendum

Deum orandum

Quia nihil est

Deo Adorari dignius

Laudari rationabilius

Magis necessarium & vtilius

¶ Adferuenter orandum oportet habere

mentem Puram

Recollectam

Affectatam: vt in tertia præparatione continetur.

¶ Adorationes hoc modo fiunt.

¶ In vigilijs

Adoranda est Conuersio

Christi Passio

Glorificatio

¶ In vesperis

Adorandum est Cum domina nostra

Cum triumphante eccles.

Cum militante eccles.

¶ In psalmodia primæ & tertiæ agimus

V s

Epilogus huius operis.  
 mus gratias pro beneficijs à dño re  
 ceptis ea ad memoriam reuocantes  
 hoc ordine,

Feria secunda }  
 Feria tertia }  
 Feria quarta }  
 Feria quinta }  
 Feria sexta }  
 Sabbato }  
 Dominica }

Creationis  
 Gratificationis  
 Vocationis  
 Beneficium (Iustificationis  
 Donationis  
 Gubernationis  
 Glorificationis

¶ Vnumquodque præmemoratorum  
 beneficiorum distinguitur in sex arti-  
 culos: vt singulis sex psalmis, qui per  
 totam hebdomadam in prima & tertia  
 psalluntur, correspódeant singulis sex  
 articuli cuiusq; prænominatorum be-  
 nefi-

Epilogus huius operis. 35  
 neficiorum, vt latius in singulis ferijs  
 superius dictum est.

¶ Orationes in sexta & nona dicun-  
 tur pro septem statibus in reuerétiám  
 septem illorum sacrorum verborum à  
 Christo in cruce prolatorum.

¶ In tribus psalmis qui ad sextá psal-  
 luntur

Oramus } Inimicis Christianis,  
 } Saraccnis  
 } Iudæis & alijs infidelib<sup>9</sup>  
 (Confanguineis (Benefactoribus  
 ¶ In hymno & tribus psalmis qui ad  
 nonam canuntur

(Afflictis tentatis & captiuis  
 Oram<sup>9</sup> p (In mortali pctó pñsistentib<sup>9</sup>  
 (Iustis,  
 (Infirmantibus & in mortis agonia  
 laborantibus.

¶ In completorio oramus  
 Pre } Animab<sup>9</sup> in purgatorio luérib<sup>9</sup>  
 } Statu vniuersalis ecclésiæ  
 } Nostra congregatione.

Tabula

# T A B V L A D I- rectorij horarum Canonicarum.

Capitulum primū quòd monachus officium diuinum accuratissimè debet explere Charta. 1.

Capitulum secundum quàm sit necessarium monacho ante vigilias se ad eas peragendas præparare. 2.

Capitulum tertiu de tribus modis præparationū, & de præparatione ante officium vigilarum facienda. 3.

Capit. quartum qualiter deuotus religiosus poterit esse attentus in psalmodia & habere semper mentem in Deum eleuatam. 8.

Capit. quintum quomodo se debet habere religiosus in prima & tertia per totam hebdomadam accipiendo beneficia dei tanquam obiecta secundum ferias. 15

Capit. sextum qualiter se debet habere

## T A B V L A.

bere in sexta & nona. 23

Cap. septimum de Vesperis. 27

Caproctauum de completorio. 28

Cap. nonū qualiter sunt horæ terminandæ, & quid agendum est in illo paruo intervallo, quo in choro genuflectimur. 30


Capitulum decimum quid meditandum est in fine psalmorum cum dicimus Gloria patri. 32

Finis Tabulæ.

S A L M A N T I C Æ  
Apud Ioannem Baptistam à Terra-  
noua. Anno Domini.

1569.





# TABELLA RERVM

Illustrium ordinis sanctissimi  
Benedicti



Salmanticae, Apud Ioannē Baptistam  
à Terranova. Anno. 1569.

# CATALO gus Maximo- rum Pontificum ordi-

nis Sanctissimi patris Benedicti, Imperatorumque, Regum, Principum, Ducum, Comitum, Doctorum, aliorumque illustrium virorum qui primi verbi Dei Praeconio multas prouincias ad Christi fidem traduxerunt, decerptus ex grauis. authoribus Petro Damiano Cardinali, Beda, Antonino, Bernardo, Paulo Diac. Leone Cardinali, chronica antiqua manuscripta, quae habetur in monasterio. S. B. Florétiae, Desiderio, Theodoro, Sabellico, Raymundo, Tritemio, ac innumeris alijs, quos inuenies in historia monastica Petri Calzolarij nuper in Lucé edita, apud quos copiose leges vitas, & res gestas, ac monasteria in quibus florere.

R E V E R E N .  
dissimo atq; sapientissi

mo Patri, ac Domino, fratri Alphonso  
Zorrilla in sacra Theologia Magistro,  
ordinisq; Sanctissimi Patris nostri Be-  
nedicti de obseruantia cōgregationis  
cōnobij Vallisoletani Generali, Fra-  
ter Franciscus Yuañez Theologo-  
rum, ac subditorum eiusdem  
instituti minimus. §

S.D.P.



V M iam in-  
de ab eo usq;  
tempore, quo  
primū in hūc  
selectissimū,  
sanctissimūq;  
ordinem Dei  
opt. Max. liberalitate cooptatus fui,  
id

id mihi, inter cætera, esset in animo,  
omnia nempè studiose peruestigare,  
quæ ad institutum hoc nostrum spe-  
ctarent, nec solum quòd ad huius re-  
gule antiquitatem, eiusq; confirma-  
tionem: sed quantum ad eos in primis  
attinet, qui ex hac florentiss. sodalita-  
te in diuorum numerum sunt relati,  
quiq; in eadem Pontifices maximi, Im-  
peratores, Euangelij præcones, alijq;  
per illustres uiri floruerē. In hac igi-  
tur cura mihi uehementer occupato,  
& plurimorum auctorum monimen-  
ta accuratè euoluenti, per opportu-  
nè historia quedam Petri Calzolarij  
monachi Abbatis Florentinæ nostri  
ordinis, Hetrusca lingua conscripta,  
est oblata, qua breuiter quidē ille per-  
sequutus est, & diligenter omnes se-

A § re ma-

re magni nominis monachos, & alia  
quamplurima, quæ ad hoc nostrum at  
tinent institutū: quem ipse librū pro  
pediem Hispanis nostris Hispanicè lo  
quentem exhibebo. Ex eo per quam  
multa in hanc nostram tabellam sum  
mutuatus, ut cuius exploratū sit, quā  
tum emolumentum allatum sit Christi  
uineæ ex tanta operariorum multitu  
dine, hoc sacro ordine à Christo con  
ductorum. Hoc autem opusculū mul  
tis nominibus tibi reuerentiss. ac sa  
pientiss. pater, debere fateor, tum q̄  
singulari semper animi propensione  
benevolentiaq̄; cum omnes huius so  
dalitij sectatores mirificè sis comple  
xus, hoc tamen in primis Salmantinū  
nostrum collegium magnificare præ  
te semper tuleris, cuius te per annos  
sex

4  
sex egregium moderatorem præstiti  
stitum uerò quòd prudentia, erudi  
tione, integritate, ac rerum omnium  
peritia ita excellis, ut nulli concedas.  
Tanta postremo tuorum in me bene  
ficiorum est magnitudo, ut me, meaq̄;  
omnia tibi iure optimo debere nō dis  
fitear. Quibus ego tamen aliquandò  
in re maioris momenti (licet parum  
ualeam) pro mea uirili, Deo bene iu  
uante, respondebo. Vale pater  
optimè, & me, ut facis,  
ama.

A 4 P I O

# PIO CANDIDO- que lectori.



**A**Duerte charissime Lector, in hoc Diui Benedicti instituto nūquam præfulem vnum generalissimum, veluti in alijs ordinibus, fuisse: neque Pontificibus maximis id institui placuisse: in causa videtur fuisse innumera Abbatiarum multitudo, quæ cæteros omnes religiosorum ordines semper anteiuit: fuerunt enim aliquando huius sancti instituti (vt Ioānes Baptista Folengius testatur in libro quæ super Psalmos edidit Psalmo. 101.) septē supra trigintamillia cœnobia. Singulis igitur regnis singuli præficiuntur generales, omnesque maximum Pontificem superiorem agnoscunt: vna autem Cluniacensis Abbatia in Gallia, caput aliquando extitit etiam omnium

Abba

Abbatiarum, quæ in Hispania numerantur. Cisterciense quoque cœnobium fuit (quin etiam nunc est) caput monasteriorum omnium, quæ ordinis Diui Bernardi ab imperitis appellantur. Id tamen te, amice Lector, monitum velim, hoc sanctissimum institutum, cum annorum decursu sensim à pristino illo rigore aliquantulum descuiisset, sanctos quosdam Dei viros monachos cupientes suum ordinem ad priorem vitæ austeritatem reuocare: aut noua cōdidisse cœnobia, aut iam condita reformasse, vt puriori ac integriori vita religio sancti Benedicti cole-retur. Ij verò distinctionis causa vestis etiam colorem aliqua ex parte mutauere: (nec enim regula id prohibet, quin etiam cap. 55. præcipitur de vestimentorum coloribus monachos non causari) illi autem ipsi monachi ex loco vbi monasterium condebant, aut quauis alia de causa nuncupaban

A 5 tur,

tur, vt Cluniacenses, ex Cluniaco, Cistercienses, à Cistercio. Quamobrem voce tantillum, vestiumque colore distrepamus, cum re iisdem omnino sumus. Nam cum non mutarent quidquam ex instituto vitæ in aliam atque aliam congregationem migrabant, quod perinde est ac si essent alterius provincie, & eiusdem ordinis in alijs institutis: nisi quod diuersæ provincie habent eundem generalem fratrem: Diui autem Benedicti multæ congregationes, multos generales agnoscunt. Itaque quem vulgus imperitum Diui Bernardi ordinem vocat, vir peritus Diui Benedicti appellauit, congregationis vero Cisterciensis, aut Cluniacensis. Nec Diuus Bernardus aliter videtur sensit se in apologia ad Gulielmum Abbatem, qua ruinam sui ordinis monachorum deplorans, ait: Heu me miserum, qualicumque monachum: Cur adhuc viuo, videre ad id deuenisse ordinem nostrum ordinem. f. qui

6  
qui primus in ecclesia fuit imò d quo cœpit ecclesia; quod ipsum varijs etiã locis scribit. Ex quo liquet nõ de sua, sed aliorum cõgregatione loqui. Hoc idem non vulgaris notæ authores aduerterunt, quos inter numeratur Onuphrius Panuinus vir omnis antiquitatis peritiss. in lib. de Pontifi. qui pontifi. max. ex hoc nostro ordine recensens. Diui Benedicti instituti vocat, cõgregationis vero Cisterciæ. His ita positis, in hac nostra tabella eum seruauimus ordinem, vt aliquot illustriora congregationum omnium nomina declarantur. Propria virorum nomina quæ barbara erant, hoc est minimè Latina non mutauimus, nec enim licet sed vt ex authoribus deprompsi, ita ea seruauimus. Vale, & boni consule.

V N D E O R I G I -  
nem trahat congregatio Ci-  
sterciensium mona-  
chorum.

**Q**uoniam aqua plurimis  
ignoratur, vnde originé  
duxerit cōgregatio mo-  
nacherū, qui diu Bernar-  
di vulgo nūcupātur, opere pretiū mihi  
facturus sum visus, si paucis explicue-  
ro, quid ea de rescripserint authores  
haud spernendi. Ijs igitur placet eius  
sodalitij authorem fuisse Robertum  
abbatem abbatiae Molis mensis, ordi-  
nis sanctissimi patris Benedicti quae in  
tractu Lingonienli (qui Langres dici-  
tur) est sita, inducatu Burgūdiæ. Cum  
his ergo animaduertisset monacherū  
sui monasterij mores luxu diffluere, &  
ab obseruātia regulari sanctissimi pa-  
tris nostri Benedicti deflectere, scilicet  
sibi monachis vno supra. 20. eiusdem mo-  
nasterij adiūctis, vitæ integritate cō-  
spi-

7  
spicuis, omīssa abbatia in Cauilionen-  
sem comitatū (vrbem Ducatus Burgū-  
diæ non mediocrem) secessit. Cōstitit  
porrò cū socijs in loco solitudini per  
accōmodo, ab omni tumultus frequē-  
tia longè summoto, (quod Cistercium  
appellatur) vnde Cistercienses ipsi no-  
minantur. Vbi strictissime sanctis. pa-  
tris nostri Benedicti regulā seruabāt,  
& quia tunc tēporis omnes fere mona-  
chi Gallie minus obseruantes erant, vt  
ab ipsis diuiderētur, vestiū colorē iux-  
ta regulā. c. 5. esse mutarūt. Ob quā  
mutationē reprehenduntur à S. Petro  
Mauritio eo tēpore Cluniacēsis abba-  
te. Instituit autē hoc Cisterciēse mona-  
sterium, annuētibus, & cōprobātibus,  
Gualtero Cauilionēsi episcopo, & Hu-  
gone Lugdunenli Archiepiscopo, &  
Othone Burgundiae Duce. At discedē-  
te Roberto Abbate a Molismensi mo-  
nasterio, monachi ipsi Molismensis,  
Deo bene iuuante, pœnitentia ducti,  
Deo



ad perfectam regularum obseruationem sese retulere, contenderuntque ab episcopo Cauilione[n]si vt Robertum ad se remitteret: qui tamen ante suum discessum, Cisterciensi congregationi Stephanum admiranda sanctitate, & prudentia virum, abbatem prececit. Post quindecim annos, Sanctus Bernardus in Burgundia ortus, in Castello Fontanis dicto, cuius dominus, eiusdem pater erat, hoc monasterium est ingressus, vna cum socijs triginta, inter quos tres eius erant fratres, qui non multo post ob insignem vitæ sanctimoniam, & singularem eruditionem abbas est electus, destinatusque ad instituendam abbatiam Clareualensem in lingonibus, seu maui[s] langres, non procul ab Alba flumine, quæ prius ualens absinthij nuncupabatur. Hanc congregationem magno abbatiarum numero à se institutarum, ita auxit, & ornauit, vt eius primus author videri possit

8  
sit. Gesta hæc sunt Henrico quarto Imperatore, Gallorum vero Rege Philippo secundo, cognomento Crasso, (vt author est Paulus Æmilius) Anno à Christo nato. M. XC VIII.

## E P I T O M E V I - tæ Sanctissimi Bene

dicti monachorum patris  
almifici.



Anticissimus pater Benedictus natione Italus, Nursiæ Prouinciæ ortus est, oppido in Sabinis haud in celebri, familia, eo tempore, domi, forisque potente, ac illustri: parentibus verò pietate in primis conspicuis, quibus nomina fuere Proprius, & Abundantia anno à partu Deiparæ Virginis. 492. Põtifice maximo Ioanne primo, ac Romanorum Imperatore Iustino pri-

Nota a primo, is admodum adolescens duodecim nempe annorum relictis literarum studijs Romæ ubi traditus a patre ne almitibus fuerat, vastam, desertamque solitudinem adiens, integrum triennium in ea confecit, rerum cœlestium contemplationi deditus, ac omnibus ignotus, vnius duntaxat Romani monachi (a quo monachalem habitum accepit) ministerio contentus. Nec diu delituit, nam singulari eius virtutum fama longè lateque disseminata, tantus undique ad eum factus est concursus, ut scribi vix possit. Ex ijs quamplurimi mundi neglectis, & cœculcatis illecebris, monasticam disciplinam sub eius instituto decreuerunt suscipere. Inter cætera plurimaque cœnobîa quæ tot hominum millibus Christo educandis fundauit, illud religiosissimum & antiquissimum est, quod in Samnitibus extruxit, Casinense nuncupatum anno Domini. 522. Atque in ea regione (vt

Gre-

9  
Gregorij magni verbis utar) præter innumera miracula, quibus mirum in modum enituit, scientiæ quoque verbo, non mediocriter fulsit: nam ingentem paganorum multitudinem continua prædicatione ad Christi fidem conuertit. Scripsit etiam monachorum regulam, discretionem præcipuam, sermone luculentam, quam idem beatissimus Gregorius Papa, (qui & vitam, & res gestas eius secundo dialogorum libro copiose exequitur,) confirmauit. Obijt tandem, Anno Domini. 542. Inditione. 5. vigesimoprimo die Martij Sabbato sancto: ætatis vero suæ anno. 62.

L I T E R Æ B E A  
ti Gregorij Papæ de approbatione Regulæ sanctissimi Benedicti.

B Ego



**E**go Gregorius S<sup>an</sup>ctæ Ro-  
manæ Ecclesiæ præsul  
scripsi, vitâ B. Benedicti,  
& legi Regulâ, quâ ipse  
s<sup>an</sup>ctus manu propria scri-  
psit, laudavi eam, & confirmaui in san-  
cta Synodo, & per diuersas partes Ita-  
liæ, & vbiq; Latine literæ legeren-  
tur, præcepti, vt diligentissimè obser-  
uarent quicunq; ad conuersionis gra-  
tiam accessuri essent vsque in finem  
mundi: & confirmo duodecim mona-  
steria, quæ ipse s<sup>an</sup>ctus construxit, &  
cætera quæ habentur in Priuilegio mo-  
nasterio Sublacensi concessio.

## ALIA CONFIR- matio Zacharię Pap. I.



**Z**acharias Episcopus ser-  
uus seruorû Dei omni-  
bus Christi sanguine re-  
demptis salutē, & aposto-  
licam

licam benedictionem. Omnipotenti  
Deo cuius melior est misericordia su-  
per vitas, gratias agimus, qui glorio-  
sus in s<sup>an</sup>ctis, suis, atque mirabilis est,  
& virtutes ac dona ineffabili largitate  
dispergit, apse quippe Beatissimum  
Benedictum Patrem omnium consti-  
tuit monachorû, ipse illius meritis Ca-  
sinense monasterium in solo Tertulli-  
patritij fundatum omnibus per totum  
orbem cœnobijs celeberrimû clemen-  
ti benignitate præfecit: vbi ipse s<sup>an</sup>-  
ctus monachorum regulam scripsit,  
quâ s<sup>an</sup>ctæ memoriæ Gregorius præ-  
decessor noster in lib. dialogorû satis  
approbat, & laudat: & nos approba-  
mus, & laudamus, & s<sup>an</sup>ctam institui-  
mus, & ordinauimus in dedicatione  
eiusdem Ecclesiæ dum ibidē cum. 13.  
Archiepiscopis, & 68. Episcopis, ad ef-  
semus: constituentes etiam, & qui con-  
tra hoc venire attētauerint anathema  
tis vinculo innodari.



Regulam sanctissimi Benedicti esse prius ab Ecclesia confirmatam, etiam Regula Sancti Basilij, ac Augustini attestantur omnes iuris Pontificij Doctores. De quo vide Felinum id expressè asserentem in Rubrica de maiorita, & obedientia. vbi allegat omnes scribentes in. cap. Quorundam, de electione. in 6. Et in cap. Avaritiæ, de præbendis. In cap. Deus qui, de vita & honestate clericorum: & alijs pluribus in locis. Postremò dicit istam esse communem omnium de quo vide Bartholomæum Cassenæum in. 4. parte sui catalogi gloriæ mundi. 54. consideratione & sequentibus. Vide Dominicum. c. Episcopus versiculo ex quo inferi quòd monachi. 17. distinctione.

De



De excellentia huius Regulæ vide Gregoriū magnū in. 2. lib. dialogorum: vide librum de conflictu virtutum, qui est in operibus Sancti Leonis Papæ. Tu ergo iuxta regulas patrum viuere semper stude, maximè autem sancti cōfessoris Benedicti: & non declines ab ea quò quàm, nec illi addas quicquàm, nec minuas: totū quod sufficit habet, & nusquàm minus habet: cuius verba, atque imperia sectatores suos perducant ad cœli palatia. Vide etiam Bonignum Episcopū Suciensem in lib. de Ecclesiasticis Sacramentis vbi inter alia multa, hæc de sanctissimi Benedicti regula testatur dicens. Sed longo post tempore Benedictus monachorum apostolus, velut lucifer matutinus emicuit: qui compendiosam, & luculentam viuendi regulam monachis instituit: quam in fine ita conclusit. Facientibus hæc, re-

B 3

gna

12  
gna patebunt æterna. Cuius æmulan-  
tes vitam, atque doctrinam multi reli-  
giosi cœpere, iam nō solū in villis, &  
montibus, in syluis & in suburbijis, sed  
etiā in ip[s]is ciuitatibus, habitacula con-  
struere monachorū: & sub regula bea-  
ti Patris iugo se amicæ mancipare ser-  
uitutis: ex quibus multi admirabiles  
florere Episcopi qui non solū Ro-  
manam Ecclesiā, cui præfuerūt: a fun-  
damētis reædificauerunt, verum etiā  
sequēte symoniachorū tempestate, ac  
bacchate fornicantiū rabie clericorū,  
pro defendenda fide catholica, ita vali-  
dissimè dimicauerunt: vt possimus di-  
cere cum propheta. Nisi dominus Sa-  
baoth reliquisset nobis semen, quasi  
Sodoma fuissetus, & quasi Gomorra  
similes essemus.



IDE etiam Archiepi-  
copum Florētīnū in. 2.  
parte suæ historiæ titu-  
lo. 15. §. 7. folio. 134.  
vbi

vbi conferens regulam beati Benedi-  
cti cum omnibus alijs regulis, sic ait.  
Scriptit regulam discretione præci-  
pnam, sermone luculentam, & præcæ-  
teris, (vt ita dicam) in singulis directi-  
uam: nam regula Basiliij satis intricata  
est: regula Augustini multum genera-  
lis, & ad particularia parū descen-  
dens: regula sancti Francisci breuis,  
& propterea multa præcepta ibi scrupulis plena: sed regula sanctissimi Be-  
nedicti singula quæq; clara descripsit.  
Adducitur præterea hæc sancta regu-  
la tanquā summæ authoritatis innu-  
meris locis Conciliorum, maximè au-  
tem in cōcilio Constantinopolitano. 6.  
statim in principio vbi. 4. c. quod est  
de instrumētis bonorum operum toti  
populo christiano proponitur, cuius  
concilij verba hæc sunt. Cū ergo om-  
nium scripturarum sanctarum pagi-  
næ, instrumentis bonorum operum  
refertæ sint ac sanctarum scriptura-

rum campis possint inueniri arma,  
quibus vicia comprimantur: libuit  
nobis huic nostro capitulari in fere-  
re sententiam cuiusdam, patris de in-  
strumentis bonorum operum, in qua,  
magna breuitate, quid agi, quid ve-  
tari debeat continetur & quæ ibi habet

**Conci-** tur: in concilio etiã Magunciaco. cap.  
**liũ Ma** 12. vbi hæc habetur verba. Ac deinde  
**guan.** decreuimus sicut Sancta regula dicit,  
vt monasterium, vbi fieri possit per de-  
canos ordinetur &c. c. etiã. 20. aduci-  
tur cap. 66. regulæ ab illo verbo: mo-  
nasteriũ autem si fieri possit &c. dicẽs  
etiã sicut in sancta regula præcipitur,  
quod de regula Sanctiss. patris nostri

**Conci-** Benedicti loquatur manifestũ est, cum  
**liũ Ca-** statim verba ipsius regulæ ad ducat ip-  
**bilonẽ** sum conciliũ in concilio Cabilonẽsi habi-  
**se.** to sub Imperatore Carolo Magno mul-  
**Conci-** ta de regula sanctiss. Benedicti haben-  
**liũ Ma** tur. Et in concilio Maguntino hæc in-  
**guan.** ter alia notãda maxime habentur. Nõ

ta-

13  
tamen iustum negocium est contradi-  
cẽdum propter necessitates diuersas:  
quia legimus sanctos apostolos nego-  
ciasse, & in regula sancti Benedicti præ-  
cipitur, per quorum manus negociũ  
monasterij fiat. Omitto innumera alia  
loca breuitatis causa. Adducitur etiã  
varijs locis Decreti & Decretalium vt  
in. 17. quæst. 1. cap. Gonsaldus pres-  
byter. Item. 18. quæst. 1. cap. statutum  
est. Item. 18. q. 2. c. Perniciosam. Et ex-  
tra. de regularibus. cap. Super eo. Et  
extra. Ne clerici vel monachi. cap. 1.  
& in multis alijs locis breuitatis causa  
prætermisissis. Diuus etiam Thomas  
varijs in locis adducit regulam hanc  
maximẽ in opus. 19. contra impugnã-  
tes religionem. & 2. 2. quæst. 161. &  
162. & 187. per multos articulos.

Sub hac igitur sanctissima  
regula militarunt,  
qui sequun-  
tur.

B 5

Dio-



Ionysius abbas, & doct. his primus mira arte composuit quem ecclesia nunc habet computum Anno Christi.	532
Cassiodorus doct.	575
S. Leander archiepiscopus Hispaniae.	590
Sanctus Isidorus doct. & archiepiscopus Hispaniae.	630
Ioannes Iulianus doct.	600
Sanctus Columbanus doct., & abbas.	600
Claudius doct.	603
Sanctus Illephonsus archiepiscopus Toletanus, & doct.	640
Sanctus Caesarius doct., & archiepiscopus Turonensis.	670
Anselmus episcopus, & doct.	680
S. Theodorus doct. & archiepiscopus Cantuariensis.	690
Egidius medicus doct.	700
Sanct.	

Sanct. Beda venerabilis doct., & honorum trium, qui sequuntur, magister.	720
Alcuinus abbas, & doct.	720
Ioannes Scotus doct.	720
Claudius doct.	720
Hos tres institutores fuisse Parisiensis, & Papiensis Academicarum, Caroli Magni tempore, author est Zabarella Cardina. in Clement. prima. de Magistris in. 5. q. & D. Antoninus in. 2. part. historiae lib. 14. cap. 4. §. 12.	
S. Ioannes Damascenus, doct.	760
Rabanus archiepiscopus Maguntinus, & doct.	820
Hunc volunt quidam academiae Parisiensis erectorem etiam fuisse.	
Haymo episcopus, & doct.	834
Theodolphus doct. inter alia composuit Hymnum, quem in die palmarum dicimus, gloria, laus, & honor.	838
Strabo doct. primus author glossae ordin.	846
Con-	

Constantinus doct. medicus. 883  
 S. Remigius episcopus, & doctor. 883  
 Sanct. Bertarius doctor, & mart. 883  
 Paschasius doctor. 883  
 Radulphus doctor. 948  
 Ambrosius Ansbertus doctor. 890  
 Adeo baldus archiepiscopus. Ultraiect. &  
 doctor. 1017  
 Hermanus dictus contractus doctor in  
 ter alia, antiphonam Beatæ virginis  
 Salve regina composuit. 1040  
 Burchardus Iurisdactor. 1008  
 S. Odilo abb. Cluniacen. doc. hic post  
 festiuitatem omnium sanctorum cele  
 brari voluit omnium defunctorum cõ  
 memorationem, in omnibus monaste  
 rijs Cluniacensi subditis, quod ab ec  
 clesia statim fuit receptum, & ser  
 uatum, id quonam pacto euenerit, ex  
 ponit Sanct. Petrus Damianus. Vide  
 Durandum in rationali, & Tritè, vbi  
 supra. 1040  
 S. Petrus Damianus doct. Card. 1060.  
 Sigif-

15  
 Sigismundus archiepiscopus. Antuer  
 pien. 1040  
 Leo Card. historicus, doctor. 1060  
 Lanfrancus archiepiscopus. Cantuarien.  
 doctor. 1070  
 Albericus card. & doctor. 1070  
 Alfano archiepiscopus. Salernitanus,  
 doct. 1070  
 Sanctus Anselmus archiepiscopus Cã  
 tuarien. doctor. 1080  
 Hic præcepit festum cõceptionis Beatæ  
 virginis mariæ in toto suo archiepi  
 scopatu celebrari auctore Archie  
 piscopo Florentino in vita eius.  
 Sanctus Gulielmus doctor. 1080  
 S. Anselmus episcopus. Lucellis. doc. 1080  
 Marianus doctor. 1080  
 Sanctus Bruno episcopus Sigenensis, &  
 doctor. 1086  
 Stephanus doctor, & episcopus. 1107  
 Sigisbertus, doctor. 1116  
 Sanctus Rupertus abbas, & doc. 1124  
 Sanctus Rupertus alius doct. 1124  
 Rudol



Rudolphus doct.	1125
Hugo doctor.	1120
Conradus doctor.	1140
Gratianus doctor.	1143
Gregorius Cardinalis & doctor.	1144
Bernardus cardina. & doctor.	1144
Sáctus Bernardus magnus doc.	1153
Sanctus Petrus Mauricius abb. Clu- niacen. doctor.	1153
Guillermus abb. & doc.	1155
Arnoldus doctor.	1160
Ricardus doctor.	1160
Abbas Ioachim doct.	1200
Rupertus doctor.	1200
Helmáduſ doctor.	1200
Gilbertus doctor.	1200
Adilrederus doctor.	1200
Lapus Iureconsultus doct.	1340
Petrus Verchoritus doctor.	1360
Petrus Cosmographus doctor.	1360
Henricus Gulpen. Iureconsultus do- ctor.	1430
Abbas panormitanus card. doc.	1435

Nico:

Nicolaus cosmographus doct.	1470
Bessarion cardina. doctor.	1473
Conradus doctor.	1486
Ioánnés Tritemius doctor.	1494
Ignatius doctor.	1520
Paulus Orlandinus doctor.	1519
Gregorius Cortesius card. doct.	1548
Ioannes Baptista Folégius doc.	1556
✚ Omitto Sciens, prudensq; innume- ram doctorum multitudinem, quis enim recensere posset quindecim- mille supra septingentos doctores qui in hoc ordine floruerunt? Vide Tritemiũ in libro de scriptoribus & in historia monasterij Hirsaugien- sis.	

Nomi-

# NOMINA MAXIMORVM

## Pontificum ex ordi-

ne Sanctissimi Patris nostri  
Benedicti electo-  
rum.

Anno  
Dñi.

590.



Romæ, eligitur Pontifex max. sedit au-  
tem. ann. 14

Hic multa instituit, ex quibus pau-  
ca subijciam, primus dixit in bullis,  
Seruus seruorum Dei. Præcepit initio  
omnium

Sanctus Gre-  
gorius Ma-  
gnus, ex mo-  
nacho ordi-  
nis sancti Be-  
nedicti mo-  
nasterij san-  
cti Andree

17  
omnium horarum canonicarum dici, Anno  
Deus in adiutorium, cū Gloria patri, Dñi.  
quod iam præceptum fuerat à Sanct.  
P. Benedicto. c. 9. suæ regulæ: Introitū  
missæ cum vno versu alicuius psalmi  
ordinauit, & Kyrie eleison in missa no-  
uies iterari, & in canone. Diesque no-  
stros in sua pace disponat. Maiores itē  
supplicationes instituit, & stationes  
plurimas orationemque dominicam  
mox post canonem super hostiam cen-  
suit recitari, cantus deniq; ac omnem  
ecclesiastici officij institutionem ipse  
sanctif. Pontifex instituit. Concilium  
etiam Romæ de exemptione mona-  
chorum celebrarij. Hęc, aliaq; per mul-  
ta leges apud Iacobum Philippū Ber-  
gomensē, vulgò supplementū chro-  
nicorum appellatum.

Sanctus Bonifacius. 4. ex monaste- 606.  
rio sancti Sebastiani Romæ, autho-  
re Theodorico priore monasterij san-  
cti Lotharigij in Germania, in tractatu

C de vi-

de viri illustribus ordin. S. B. & in hi-  
sto. peruetusta manu exarata, quæ ha-  
betur in bibliotheca ab. Florétie ordi-  
nis. S. B. fedit. ann. 6. mens. 8. di. 12.

Hic instituit festû B. Mariæ & omniû  
mart. 4. idus Maij celebrari, quod Gre-  
go. 4. ord. S. B. transtulit in calen. No-  
uëb. omnibus sanctis cõmune esse præ-  
cipiens monachis etiã facultatem præ-  
dicandi dedit: Durandus in suo ratio-  
nali.

672 **S** Anct. Adeodatus ex monast. sanc.  
Erasmi in môre Cœlio. autho. Pla-  
tina, P. Card. fedit. an. 4. mens. 1. di. 12

679 ¶ S. Agatho. 1. auth. P. Damia. Theo-  
doric. Plati. fedit. ann. 2. mens. 6.

684 **S** Anct. Benedictus. 2. vt habetur in  
libro, qui dicitur cathe. ponti. & hi-  
sto. manuscripta. fed. mens. 10. di. 27.

689 **S** Anctus Sergius. 1. Antiqua histor.  
fedit. ann. 13. mens. 10. di. 22.

Hic intar alia, in missa instituit di-  
ci, Agnus Dei.

San-

187

**S** Anctus Ioannes. 6. mart. Raymun-  
dus. fedit. ann. 3. mens. 2. di. 13.

**S** Anct. Grego. 2. cathe. pontificalis.  
fedit. ann. 17.

**S** Anct. Gregorius. 3. cathed. pontifi.  
fedit. ann. 10. mens. 8. di. 24.

Hic primus deposuit Imperatorem  
Leonem. 3. multaq; alia memoranda  
fecit, quæ breuitatis causa omitto. Sup-  
plementum chronicorû, & Petrus Cal-  
zolaius.

**S** Anctus Zacharias. 1. Cath. pontifi.  
Panu. fedit. ann. 10. mens. 3. di. 15

¶ S. Stephan. 3. ex monast. S. Grylogo-  
ni. Platin. & alij fedit. ann. 5. mens. 2.

**P**hilippus. 1. abbas. S. Viti romæ au-  
tho. Platina in vita Stephani. 3. Pa-  
nui. in epist. pontificum fedit. ann. 1.

¶ Sanctus Leo. 3. cathed. pontificalis.  
fedit. ann. 20. mens. 5. di. 18.

¶ Sanct. Stephanus. 4. monachus mo-  
nast. Chrisogoni romæ, auth. Panuin.  
& cath. pont. fedit. mens. 6. di. 23.

C 2

Pascha-

817 **P**aschalis. 1. abbas sanct. Stephani prope sanct. Petrum auth. Platina, & Panuinus, sedit. ann. 7. menses. 3. dies. 16.

827 **V**alentinus. 1. Cath. pot. & antiqua hist. sedit. menses. 1. dies. 10.

828 **G**regorius. 4. ex monast. Fossæ no Guæ, in quo post annos plurimos ad strictiorem regulæ obseruantiam reducto per Cistercienses. D. Thomas Aquinas obiit Guido monachus Clarauallensis author, sedit. ann. 16.

847 **S**an. Leo. 4. ex monast. S. Martini Romæ. cath. pont. auth. Guido. Theodoricus, Tritem. in hist. monast. Hirsaugiensis. sedit. anni. 8. menses. 3. dies. 6.

897 **S**tephanus. 6. Ex monast. Prandali. Theodoricus. sedit, anni. 1. mense. 2. dies. 19.

805 **L**eo. 5. ex monast. Prandali. auth. Theodor, & Tritem. mense. 1. dies. 10.

Anon

**S**yluester. 2. ex monest. Floriacensi. 998  
auth. Tritem. Panuinus. quæ falsò quidam aiunt malis artibus pontificatum inijisse, sedit. ann. 4. mens. 6. die. 12

898 **I**oannes. Panuino autho. sedit. ann. 2. dies. 15.

**S**ergius. 4. hist. antiqua, & cathe. pot. 1009  
stif. sedit, ann. 2. mense. 9. die. 12.

**I**oannes. 20. seu (vt alijs placet) 19. 1024  
ex monast. S. Anastasij Romæ. auth. Guido, Theodo. sedit. ann. 8. mens. 9. die. 9.

**S**anctus Leo. 9. auth. Tritemius. in 1049  
hist. Hirsaugiensi. sedit. ann. 5. mense. 2. die. 8.

**S**tephanus. 9. ex abb. Casinensi. au 1057  
tho. Tritem. & Panuin. sedit. mense. 7. die. 28.

**B**enedictus. 10. ex monaste. sanct. 1058  
Anastasie romæ. auth. Theodoricus, in schismate papa creatus pontificatum deponere coactus est. sedit tam. mense. 8. die. 20.

C 3 Ale-

Syl-

Anno  
1061

**A**lexāder. 2. cath. pont. & antiqua  
histo. multa ab eo instituta leges  
in supplemento chronicorum. sedit.  
ann. 11. mens. 6. di. 22.

1073

**S**anct. Gregorius. 7. ex monast. Clu  
niacensi monachus, & postea abb.  
S. Pauli Romæ. autho. Panuinus Tritē.  
apud quos in eius vita multa scitu di  
gna leges. sedit. ann. 12. mens. 1. di. 3.

1086

**V**ictor. 3. ex abbate Casinēsi. auth.  
Trite. Pan. se. an. 1. mens. 3. di. 24.

1088

**V**rbanus. 2. ex monast. Cluniacēsi.  
auth. Tritē. Panu. sedit. an. 11. mens.  
4. di. 18.

Hic archiepiscopatum Toletauum  
Hispaniarū primatem declarauit, cum  
esset archiepiscopus Toletanus Ber  
nardus monachus, & abb. S. Facūdi, &  
Primitiui: officium etiā B. Mariæ quoti  
diē à clericis, & monachis recitari, si  
mul, & in diebus sabbatis eiusdē bea  
tæ virginis officium solenniter cele  
brari instituit.

Pascha-

20 Anno  
1099

**P**aschalis. 2. ex monasterio Clunia  
censi, vel (vt autho. Petrus Calzo  
latus dicit) Casinensi, Panuinus, Tritē  
muis. sedit. ann. 18. mens. 5. di. 9.

1103

**S**yluester. 3. ex abbate monast. Far  
sensis in schismate papa eligitur: au  
tho. Panuinus & alij. sedit. mēf. 1. di. 9.

1118

**G**elasius. 2. ex monasterio Casinen  
si. autho. Tritē. Panuinus. ann. 1.  
di. 5.

1119

**C**allistus. 2. ex monaste. Falerio  
in Gallia, vt vult Guido, sed vt  
Raymundo placet, ex Cluniacensi. se  
dit. ann. 5. mens. 10. di. 13.

1144

**E**vgenius. 3. ex abbate monasterij  
sanctorum Vincentij, & Anasta  
sij ordinis sancti Benedicti, congrega  
tionis Cisterciensis. autho. Panuinus,  
& alij. sedit. ann. 8. mens. 4. di. 12.

C 4

Anasta-

Anno

1153

**A** Nastasius. 4. ex abbate cœnobij sanct. rufi. auth. Panuinus, Tritemius. sedit. ann. 1. mense. 4. die. 24.

1154

**A** Drrianus. 4. ex abbate monasterij sanct. rufi. cathe. pontificalis. autho. Tritemius, Panuinns, Supplementum chronicorum. sedit. ann. 4. mense 8. die. 38.

1164

**P** Alchalis. 3. ex abbate monasterij Scrunicensis cathe. pontificalis, Panuinus, electus in schismate. sedit. anni. 5.

1187

**G** Regorius. 8. cath. ponti. antiqua historia. sedit. mense. 1. dies. 17.

1127

**G** Regorius. 9. ex monaste. Camaldulensi. dubitatur ramen a quibusdam an fuerit monachus, lege. autho. Petr. Calzolarium. sedit. ann. 14. mense. 5. dies. 3.

1194

**S** Anc. Cœlestinus. 5. ex abbate ordinis S. Benedicti cōgregationis Cœlestinorū, quā ipse instituit. auth. Petr. Calzolauius, Pan. sedit. mense. 5. die. 7.

Hic

Hic spōte sua pontificatu abdicato ad monasterium redijt.

**B**enedictus. 12. ex abbate monasterij frigidij, ordinis sanct. Benedicti congregationis Cisterciensis. Panuinus, & alij, sedit. ann. 7. mensis. 4. dies. 6. 1334

**C** Lemens. 6. ex abbate monasterij Casæ Dei, deindè monasterij Fiescanensis in Normandia. Tritemius, & Panuimus vbi supra. sedit. anno. 10. mens. 7. 1342

**V** Rbanus. 5. ex abbate monasterij sanct. Victoris Mafsilienfis. Nauclerus in historia. & Panuinus. sedit. ann. 8. mens. 2. dies. 23. 1361

**C** onstantinus. 2. abdicato pontificatu fit monachus in monasterio Nouercellæ, vel (vt alijs placet) in Casinensi.

**C** hristophorus. 1. abdicato pontificatu fit monachus in monasterio Casinensi. 767

C 5 Gre

**G**regorius. 12. deposito papatu  
fit monachus Anconæ.

¶ Horum omnium pontificum vitas,  
& res gestas copiosissimè descriptas  
leges apud supra citatos authores:  
maximè verò apud Petrum Calzola-  
rium in historia monastica.

¶ Sunt p̄es numero quos ipse viderim  
apud nominatus. supra authores præ-  
ter illos, qui deposito pontificatu no-  
strum ordinem sunt ingressi. 46. anni  
vero quibus ecclesia per ipsos guber-  
nata est. 293. mensem. 1. dies. 26.

Impe-

## IMPERTORES ac Cæsares Monachi,

qui sponte sua dimisso imperio or-  
dinem Sanctissimi Patris no-  
stri Benedicti ingres-  
sunt.

Anno Dñi



Nastasi<sup>9</sup>. 2. Imperator. 715  
Theodosius. 3. imperator.  
720.

Michael. 1. imperator.	800
Lotharius imperator.	855
Imperator Bulgarum.	886
Hugo imperator.	920
Michael quartus imperator.	1036
Isacius imperator.	1060
Emanuel imperator.	1068
Alexius Cæsar.	841
Ioannes Eunuchus Cæsar.	855
Constantinus Cæsar.	1039

Reges

# REGES MONA chi qui etiam sponte

relicto regno ordinem san-  
ctissimi patris nostris Be-  
nedicti profes-  
si sunt.

Anno Dñi



Iuus Sigismūds rex Bur-  
gundiæ & mart. 515  
Cassimirus rex Polonia.

550

Sanctus Sigibertus rex Nontum- bria.	639
Sanctus Sebbus rex Angliæ.	639
Bamba rex Hispaniæ.	670
Elcredus rex Mercia.	704
Offa rex Angliæ.	709
Cheneredus rex Mercia.	709
Ina rex Angliæ.	740
Carolus magnus rex Germaniæ.	740
Rachis rex Italia.	740
Geolul-	

Ceolulphus rex Nontumbriæ.	780
Beremundus rex Castellæ.	786
Esbertus rex Nontumbriæ.	800
Pipinus rex Italia.	805
Trebellius rex Bulgariæ.	862
Sautocopus rex Moraviæ.	894
Alphonfus. 4. rex Castellæ fuit mona- chus in monasterio sanct. Facundi & primitiui. año. 916.	
Salomon rex Vngariæ.	1045
Henricus rex Danimarçæ.	1136
Raimirus rex Aragoniæ.	1147

RECENSET ETIAM  
P. Calzolarius alios Imperatores, ac  
Reges, qui subiugo Regulæ sanctissi-  
mi Patris nostri Benedicti, mona-  
sticam vitam professi sunt.  
Quorum hæc sunt no-  
mina.

Theo-



Anno Dñi

<b>H</b> eophilus imperat.	800
Ludouicus Pius imperator.	840
Michael. 5 imperat.	1083
Romanus Caesar.	910
Chilericus: 2. rex Franciæ.	721
Childericus rex Angliæ.	741
Theodoricus rex Galliæ.	695
Pipinus rex Aquitaniæ.	815
Alfonfus Sextus rex Castellæ fuit no- uitius in monasterio Sanct. Facun- divbi nunc eius corpus conque- scit.	1088
Simeon rex Bulgarie.	922
Magnus rex Daciæ.	1040
Ioannes rex Lusitaniæ.	1380

## ALIQVOTRE

gum et imperatorum

filij monachi ordinis sanctif-  
simi patris nostri Be-  
nedicti.

Sanctus



Sanctus Frefus S. folia- nus, & S. Ultranus fra- tres, filij regis Hiber- niæ.	638
Sanctus Endocus filius regis Britannie.	657
Vuilleualdus, & Vneualdus filij Ri- cardi regis Angliæ.	802
Drogus filius Caroli Magni.	822
Pipinus, & Hugo eiusdem Caroli ma- gui filij.	830
Lotharius, & Carolus manus filij Ca- roli regis Francorum.	841
Huius tempore institutum est festũ conceptionis Beatæ virginis Mariæ à monacho ordinis nostri eiusdem regis fatre Patriarcha Aquileie auctore An- selmo in quadam epistola, quod etiam Dionysius Carthus. in sermone Con- ceptionis Beatæ Virginis adducit.	
Federicus filius regis Ludouici Fran- corum tertij.	962
Landolphus princeps Salerni.	1000
Gua-	

Guafierus princeps Salerni. 1012

# DVCES MONA chi ordinis sanctissimi

Patris nostri Bene-  
dicti.

Anno Dñi



Iuus Anselmus Dux mu-  
tinæ. 740

Tasilus dux Bauariæ. 801

Ioannes perticiacus dux

Venetus. 810

Bugefius dux Spoleti. 815

Sanctus Dicstrandus, & Sanct. Ancigra-  
dus duces in germania. 815

Guilielmus dux Gasconiæ. 840

Sanctus Vrsus dux Venetus. 864

Sanctus Guillermus. 2. dux Gasco-  
niæ. 812

Petrus Vrscolus dux Venetus. 990

Tribunus Memus dux Venet<sup>9</sup>. 1000

Petrus Gradenicus dux Venet<sup>9</sup>. 1017

Gerar

Grardus dux Sueniæ. 25  
1040

Sanctus Adelmarius tutor Pipini re-  
gis Italiae. 8012

Encherbaldus Imperatoris elector. 1020.

Beardus Imperatoris elector. 1031

Sigifridus Imperatoris elector. 1070

# ALIQVOT DE multis comites mona

chi ordinis sanctissimi  
patris nostri Be-  
nedicti.



Eatus Florus comes An-  
gioræ. 564

Bandi figlus comes Pala-  
tinus. 603

Radelchius comes Cas-  
fani. 820

Rodulphus comes Barchinonis. 898

Sanctus Brunus comes Burgúdiæ. 895

D Her-

Hermanus comes Ederingia.	1040
Brunus comes Vuitembergæ.	1105
Hugo comes Matisconæ.	1113
Guido comes Ambiani.	1120
Ricardus comestabilis Francia.	1181
Sanctus Gulielmus dominus Montis pesulani.	1301
Otho filius marchionis Austriae abdi- cato episcopatu fit monach <sup>9</sup> .	1199
Philippus filius ducis Albaniae hic deinde fuit Cardinalis.	1550

Omitto Innumeros alios tam duces  
quam comites, & eorum ac regū filios,  
brevitatis gratia, eos videre poteris in  
Petro Calzolario, & alijs supra citatis

## IMPERATRICES moniales ordinis. s.

Patris nostri Be-  
nedicti.

Zoa-



Oa imperatrix.	613
Maria imperatrix.	1006
Euphrosina impera.	815
Sancta Ricarda impera- trix.	889
S. Cunegunda imperatrix.	1025
Gunigunda imperatrix.	1039
Agnesa imperatrix.	1057
Augusta imperatrix.	1190
Constantia imperatrix.	1195
Helisabeth imperatrix cū Agnesa re- gina Vngariae, & Cueta comitissa Ostigenæ filiabus suis, & Anna re- gina Poloniae, & Cecilia duce Vtif se neptibus suis.	1290

## REGINÆ MO- niales ordinis sanctiss.

patris nostri Be-  
nedicti.

D 2

Beata

<b>B</b> eata Batilda regina Gal- lia. 662	
Sancta Alfedra reg. Non- tumbria. 670	
Nueneca reg. Austurum, & Legionen- fis. 686	
Sesburba reg. Cancia. 740	
Etelburga reg. Saxoniam. 740	
Sancta Eteldreda reg. Merciam. 740	
Thefia reg. Papiam. 740	
Alfreda reg. Marciam & Nontumbria.	
975.	
Ferasia reg. Toleti. 1006	
Matilda reg. Angliam. 1010	

## ALIQVOTERV ditione illustres foemi-

næ ordinis Sanctiss. Patris  
nostri Benedicti, quæ  
scriptis cla-  
ruere.

Ref-

<b>R</b> ofuida. 877	
Sancta Elisabeth. 1165	
S. Hildegardis, cui <sup>9</sup> ope- ra approbantur conci- lio Treuerensi. 1180	
Sancta Hiltrudis. 1300	
Sancta Metilda. 1300	
Sancta Elifabet alia (teste M. Marulo) monasterij Comagenæ, quo tamen vixerit tēpore, sub iudice ad huc est	

## REGNA ET PRO- uincia ad Christi fidē

per monachos sanctissimi pa-  
tris nostri Benedicti  
traductæ.

Anno Dñi



Anticissimus Pater noster  
Benedictus multos Ita-  
liæ populos prædicatio-  
ne continua ad Christi  
fidem conuertit, vt au-

D 3

thor

thor est Beatus Gregorius. 2. lib. dialo-  
gorum.

**H**ispania conuersa est ad fidem  
Christi ab impia Arrianorū hæ-  
resi per sanctum Leandrum Archie-  
piscopum Hispalen. & sanctum Vincē-  
tium martyrem, & abb. sanct. Claudij  
monachos Legionensis. 580

¶ Anglia conuersa est per sanctos Au-  
gustinum, Miletum, Iustum Laurenti-  
um: monachos monasterij sancti An-  
dreæ Romę, qui missi sunt à beato Gre-  
gorio papa. 603

Longobardi etiam conuertuntur ad  
fidem Christi per. S. Gregorium, ma-  
gnum Anno. 593

**T**esandria regio Germaniæ conuer-  
sa per sanctum Lābertum marty-  
rem monachum cœnobij, Stabulæ in  
comitatu Hegæ. 622

**F**ranconia per sanctum Rilianum  
martyrem monachum in Scotia.  
622.

Olan

**O**landia. & Frisia, per sanctum Vil-  
fridū monachū monasterij Hir-  
pi in Anglia. 683

**F**risia etiā conuertitur per sanctum  
Vilprodum monachum monaste-  
rij Ripæ Angliæ. 693.

**B**orneturnij, & Saxones per sanct.  
Suibertum monachum in Anglia.  
693.

**L**ismerch, & Elest, & Bethna cōuer-  
tuntur per sanctū Vberenfridum,  
& Aldebertum monachos in Anglia.  
693.

**T**ota Germania, & Frisia conuerti-  
tur per sanctis. ac nunquā satis  
laudatum Bonifacium martyrem, mo-  
nachum D. Michaelis in Anglia, vbi  
eius parētes eum quinque natū annos  
Deo in monasterio obtulere. 740

**S**axonia conuertitur per sanctum  
Stornum monachum, & abb. sanct  
Michaelis in Anglia. 806

D 4

Bcmoi-

**B**Emoides, & Dreut regiones Fran-  
ciae conuertuntur ad fidem per san-  
ctos Vilealdum, & Flugderum mona-  
chos monasterij Vilbrodij. 801

**D**acia, Suecia, Gothia, per sanctif.  
Ansgarriū abb. & Rhambertū, &  
Adelgariū, & Binicum monachos mo-  
naſte. Corbiae in Gallia Belgica, quos  
miſit Ludouicus Pius Imperator. 830

**H**oriolus Danorū rex cum vxore  
& filijs cōuertitur ad fidem per mo-  
nachos monaſte. Corbenſis. 826

**V**ſalia ciuitas max. Sueciae per. S.  
martyrem Stephanū monachū  
monaſterij Corbiae. 830

**G**aſconia, per Albū monachū mo-  
na. Froriaci, & abb. in Gallia. 970

**V**ngaria per S. Adelbertū mart. &  
Gaudentium fratrem eius mona-  
chos monaſteriorum Caſinēſis, & ſan-  
cti Alexij romæ. 973

**V**ngaria iterū conuertitur per S.  
Gerardum, & Maurum marty. &  
mona-

29  
monachos monaſt. Sanct. Gregorij Ve-  
netijs. 1007

**L**itunia, & ruſia per ſanct. Brunum  
mart. & monachū monaſt. Alexij  
romæ. 1018

**V**ngaria, & Polonia conuertuntur  
ad fidem Chriſti per S. martyres  
Benedictum, Nethanaelem, Ioannem  
& Iſaacem, ac chriſtianū monachos ful-  
denſis, ac beati Adelberti martyris e-  
iuſdem monaſte. monachi diſcipulos,  
anno. 982

**V**andalia prouincia Germaniae  
per S. Vicelinū & Tiedmarū Lu-  
thbertū, Eppum, & Brunū Gallos mo-  
naſt. Falderæ monachos. Hos, cōpertū  
eſt poſteriores tempore D. Bernardi  
 fuiſſe quo tamen anno, dubium eſt.

**P**rouincia Pomeranae per Othonē  
ſanctum, monachū monaſterij Ba-  
bergæ in germania. 1125

**P**olonia per S. Benedictum, mona-  
chū monaſt. D. Alexij romæ, & per  
D 5 S. Ia-

S. Iacum & Mattheum martyres & monachos montis Casini. 1130.

**R** Vfia per sanct. Bonifacium mart. & monachum monasterij Classis in littore maris Rauennæ. 1154

¶ Lituani per sanct. Hieronymum monachum Camaldulensem. 1415

Innumeros martyres omitto brevitate gratia, non tamen silentio præteribo vna eademque hora accidisse in monasterio insulæ Lirini in Gallia abbatem cum. 500. monachis ab impijs Christi hostibus martyrio affici ano. 815. quod etiam contigit in nostra Hispania in monast. S. Petri de Cardena, duobus à Burgis miliaribus distante abbati fratri Santio cum ducentis monachis, anno Christi. 884. in die Sanctorum martyrum Iusti & Pastoris. Fuit etiam hac nostra tempestate inter multos monachos martyres, qui in Gallia, Germania, & Anglia passi sunt. Beatissimus Thomas archiepiscopus

scopus Cantuariensis ab Henrico rege Angliæ. 8. secundo martyrio insignitus, ossibus nempe eius igne cōcrematis: cum iam olim ab Henrico. 2. Angliæ rege propter tuendam ecclesiæ libertatem martyrio esset coronatus anno Christi. 1074.

## Per illustres aliquot fœ

minæ tam genere, quam sanctitate ordinis sanctissimi patris nostri Benedicti.



Ancta Scholastica abbatissa soror. S. Bened. 532  
S. Florétina Seuerij Ducis Carthag. filia, soror sanctorum Leādri, & Isidori. 591

S. Termia filia Dagiberti regis Angliæ. 640

S. Artógosta filia Garcemberti regis Canticiæ. 640

San-

S. Eldiuerga filia Annæ regis Angliæ  
 orientalis. 640  
 S. Blildechilda comitissa Palatina. 606  
 S. Fara filia comitis Palatini. 620  
 S. Vualburgis filia regis Angliæ. 801  
 S. Elgina Aluredi regis Marciæ fil. 893  
 S. Berta Comitissæ Berniæ filia. 1143  
 S. Gutta comitissæ Spâcheim filia. 1189  
 S. Magareta comitissæ spanctreim filia. 1189  
 S. Beatrix Ducissæ Ferrariensis filia. 1241  
 S. Edilburga abbatissa. 620  
 S. Salberga abbat. 630  
 S. Isida abbatissa. 630  
 S. Angadrisima abbatissa. 682  
 S. Ossa abbatissa. 1078  
 Sancta Humiliata abbatissa. 1301  
 Sancta Berdiana. 1370  
 In monasterio Horrei in Gallia fuerunt  
 nouę abbatissæ. S. successiue vt dicit  
 Brusius quorum nomina hæc sunt. S.  
 Irma, S. Modesta, S. Iulia, sanct. Helya  
 sanct. Anastasia, sanct. Basilissa, sanct. Lu  
 cia,

31  
 cia, sanct. rothedis, sanct. Seuera quota  
 men tempore fuerint non omnino cer  
 tum est: Brusius dicit fuisse tempore  
 sanct. Gertrudis.

Constantia vnica filia Gulielmi regis  
 Appuliæ: Cum hac dispensatum fuit.  
 in voto solenni religionis per Clemē  
 tem. 3. 1185

**N**ec velim putes lector, omnes hic  
 recenseri, qui in hoc sanctissimo  
 florere ordine, aut nūc florēt. Quis  
 enim tantorū annorum tantā præcellē  
 tium hominum multitudinem oratio  
 ne, aut memoria valuisset perstringe  
 re? Illustriores ergo aliquod hic recē  
 sentur, multis ac pene innumerabi  
 libus silētio inuolutis. Doctiss. vir Tri  
 temius reperisse ait se, prodisse ex hoc  
 ordine sanctorū in diuorum numerū  
 relatorum. 15. milia sexcentos, exce  
 ptis multis, quorum nomina ad se nō  
 venere: Doctores vero. 15. mille se  
 ptingentos: Cardinales plures ducentis



tis: archiepiscopos mille sex ceteros: Episcopos. 4. mille: Patriarchas etiam multos. Hæc omnia, & multa alia huius sacri ordinis copiosè leges apud auctores supra nominatos, præter quos. Vide Platinam, Panuiniũ, Raphaelẽ Volateranum, Vincetiũ historiographũ, Paulum Emiliũ, Guilielmum historiographum, Pium secundum pontificem maximum in historia Europæ, Virgilium Polidorum, Ioannem Magnum in historia Gothorũ, Gregoriũ archiepiscopũ Turonensem, Michaelem Richium in sua historia, Guidonem monachum Claraualensem, & alios quos omitto breuitatis causa.

**H**Vnc ego laborem subeundum duxi, non vt ex eo aliqua mihi merces foret captanda, non enim me latet quàm id tenue sit, quod a me modo præstat: sed id maxime curauit, vt si qua possem huius temporis monachorum præclara ingenia, qualia multa nunc

ta nunc florent apud nos ad nauandã operam accèderem, vt nobis ipsis consulentes decorem, ac splendorem tanti ordinis quoad fieri possit, restituere studeamus: & quĩ tot, ac tantas merito lætamur imagines, non degeneres, & nothi appareamus mundo, sed illustremus etiam & nos illustrissimum institutum nostrum: vt sicuti cœlesti Deo dono in eandem sodalitatẽ asciti sumus, ita cœlestis quoque Hierusalem cohabitatores efficiamur.

Salmanticæ

Apud Ioannẽ Baptistam à Terranova

1569.

